pocrationem esse dissimilem ab Harpocrate Tertulliani, eóq. cuius præ manibus opera terimus quotidie: quod cur non aliqua autoritate stabiliuerit, aut quodam probabili argumento confirmarit, diuinare non possum. Certè quod ad nos attinet in has partes non vergimus, sed planè contrarias, hoc enim si vel speciem tantum veritatis præ se ferret, cur locum non nobis indicasset bonus ille vir apud Harpocratem, ex quo probabile sit Tertullianū hæc aut similia deprompsisse; atqui nec verbum nec syllabam quidem in hoc Lexico legere est, quæ Tertullianum à falsi crimine liberare possit, non ipsamet vœcula *κρηφορες* quam aliquando putauram illi magistello imposuisse, quo loco commentatur Harpocras his verbis, *κρηφορες. κοι δ' ε' δυο σ. ραφοισι κρηφορες. Τε δ' λεγομεναι κιασ ιερας ε' ε' λεγον τῷ Διονισσου, ε' τῷ ραμ.* Sed aliud mihi plane innuere videtur hæc glossematica verba, cū si lectione hanc retineamus, de hedera hic nō possit loqui Harpocras. Quamvis ut verum fatear parum mihi constet de vero huius intricatissimi, & (ut ego existimo) obscurissimi loci sensu, quod tamen non omnes odorabuntur, non illi saltem qui in lectitādo, scribendo, commentando, (ut Gellij verba usurpem) nunquam voluptates, nunquam labores ceperunt, nullas hoc genus vigilias vigilarunt, neque ullis inter eiusdem musæ æmulos certationibus, dissertationibusque, percontando, scribendo, elimati, sed potius intemperiarum negotiorumque pleni sunt. Ad quid enim *κρηφορες*, vel *κρηφορες*,

ut velis, deriuandum censet Harpocratio à κίσσα, id est κίσσας φέρων, quasi vero faciliior & proximior originatio non desumi possit à κίτλος, κίτλον φέρων. Præterea quis vnquam audiuit κίσσας Baccho deabúsque sacras esse, non video sensum auctoris nec possum percipere, cur κίτλοφόρος significet κίσσας φέροντα. Locus est in oratione Demosthenis de Corona, ἔξ' αὐχλος (ait ille) καὶ ποσειδημόνι καὶ κίτλοφόρος, καὶ λικροφόρος, scholion ad illa ἐπιμυμένους κίτῳ καὶ ποσειδῶνι φύλαξι πικρὸς μῦθος: more Bacchi caput hedera religatus, κισσοτέφανος enim Βακχος in epigrammatis. Atque hanc interpretationem videtur probare Henricus Stephanus dum δ' ἂν κίτλοφόρος apud Demosthenem; δ' ἢ κισσοφόρος apud Dionys. de Situ orbis, reperiri asseuerat in hac significatione. Certe si liceat mihi quid sentiam de his proferre quia opportune incidi in hunc locum, eundem enarrabo integre & illustrabo. Et primum quo loco apud Demosthenem vulgo legitur λικροφόρος corrigendum esse λικροφόρος aperte demonstro ex Harpocratioe, his verbis λικροφόρος, inquit, Δημοσθένις ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφάνους, δ' ἰλίκρονι πορὶς πάντων τελευτῶν καὶ θυσίῳ ὁπότε δὲ οὗτος, ὁ δ' τ' οὖν φέρων λικροφόρος λέγεται· αἱ, λίκρον δ' πῶν. Vides quàm vera sit sententia nostra. Nulla mysteria aut orgia sine vanno peragebátur, ideóq. mysticam vannum ait Virgilius 1. Georg.

— ἢ mystica vannus Iacchi.

Plutarchus in Alexandro μέγιστον λίκρον, de hac vanno multa legere est apud scriptores; sciendum tamen λικροφόρος aliquando viros, aliquando mulier

res dici. Hoc loco λικνοφόρος vocatur Æschines quasi vannifer, apud Athenæum lib. 5. *ἱερὸς καὶ ἱέραι, καὶ ὀρφευτελεσσί, καὶ θιάσοι πορυδαποί, καὶ καὶ τὰ λίχνα φέρουσαι.* Ut in sacris Bacchi vanni, ita & in sacris Minervæ. Vetus Poëta apud Clementē & Plutarch.

Βατ' εἰς ὁδὸν δὴ πᾶς ὁ χρώναξ λεώς.

Οἱ πῶν διὸς γοργῶπι ἐργάπι γόν.

Σταπῖσι λίχνοις πορυτέπιδε.

Λικνοφόρος igitur recte in verbis Demosthenis vannifer. Secundum quin verbum λικνοφόρος recte mutari possit in κισσοφόρος nō est dubiū: hoc enim ex quorundā criticorū opinione Harpocratiō superiorib. verbis docet. Sed quid illa sibi volent *ταὶ γὰρ λεγομένας κίσσας ἱερὰς εἶναι* ἐλθον τῷ Διονύσου καὶ πᾶσι θεῶν? hæret hic omnis aqua, omnis scrupulus quem facile remouebimus si verum sit quod eruditorum præstantissimus Isaacus Casaubonus nos docuit lib. 7. animaduers. ad Athenæū cap. 21. *Citta, inquit, ante Cissa κίσσα ἢ κίσσα piscis est quem probe nōnere veteres.* Hesychius *κίσσα ὀκθυμία ὄρεον καὶ ἰχθεὺς ποῖος καὶ ὁ γεωαγκίων πάθος,* alio loco, *κίσσα ἰχθὺς ποῖος,* coniicio legendum *κίσσα,* vel *κίσσα,* *Citta enim piscis qui quod commune nomen haberet cum hedera Baccho dicatas ὧς sacer fuit: κίσσα hedera apud Græcos, Grammatici veteres αἰσκαίται Διονύσου κίσσας, κισσῶς γὰρ ὁ οἶνος οὗ δότηρ ὁ Διόνυσος.* Vnde legendum apud Athenæum lib. 7. loco ventilato *οἰκειοῦσι Απόλλωνι μὲν Κέφαρον, Ἑρμῇ δὲ Βόακα, Διονύσῳ δὲ κίσσαν vel κίσσας,* non *κύψας,* si ramen κίσσας dici queat pro κίσσαι quomodo verisimile est loquutum esse Athe-

næum : hæc inquam si vera sint , nihil prohibet quin illo loco Demosthenis contra vulgarem interpretationem , ὃ κηοφόρος dicamus significare non picasferentem , sed pisces illos qui ex Athenæo , Baccho sacri sunt , Cittas scilicet vel Cissas. Atque huic sententiæ non aduersari videtur eruditissima Harpocratonis ad Demosthenis verbum κηοφόρος nota : quamuis si Suidæ credimus , textus Harpocratonis nostri interpolandus sit , vt & verba aliter intelligenda. videtur ille post verbū γράφοιτο interpunxisse , & deinde à capite nouo plane sensu legisse , κηοφόρος. Τὸ γὰρ λεγόμενον κίτας ἱερὰς ἐστὶν ἔλεγον τῷ Διονύσῳ καὶ τοῖς θεοῖς. Vides aliò detorta Harpocratonis verba , vides etiam nouā omnino sententiam , & diuersam longe ab illa quam retulimus verborum Demosthenicorum enarrationem ; quam tamen nisi lubens amplectaris nunquā percipies cur ex hoc loco Tertullianus colligere potuisset autorem nostrum argumentari Bacchum hedera coronatum , quod hederæ natura sit ab heluco defensare cerebrum. Sed nec quamuis hunc locum ita restituas apud Harpocratonem , & κηοφόρος hedera redimitum significet , bonus ille vir adhuc ex illis verbis probare poterit Bacchum ideo corona hederacea caput fuisse cinctum , quod maximum hederæ sit beneficium : cum vtrouis modo legas , nulla alia sit autoris nostri hoc loci mens , nihilque aliud velit quàm docere κηοφόρος illud Demosthenicum scribi etiā posse per duplex σσ κισσος , quod idem est ac κήτος & κίσσος , κίτηα & κίσσα ;

quibus

quibus ita constitutis satis apparet Tertulliano nunquam hoc in mentem venisse, nec Harpocratonis nostri testimonio usum esse. Videamus nunc an fieri possit ut idem ille Harpocraton qui apud Athenæum de Placentis librum reliquit, Lexicon istud decem rhetorum confecerit, quæ est etiam præclari illius interpretis animaduersio & sententia. Qui laudatur ab Athenæo Harpocratio ante ipsum floruit, ergo nullo affinitatis aut necessitudinis vinculo cum nostro coniungitur, hunc enim nos post Athenæum viguisse tam certò scimus esse verum, quam vera est ipsa veritas, infinitis in locis notarum, hoc à nobis iam probatum est solidissimis argumentis quæ tædet repetere. Vnum tantum quod instar omnium esse poterit iam exempli causa afferemus, utitur Harpocraton auctoritate Athenæi, ergo Athenæo posterior, quomodo enim inferiorem se vocasset in testem? cum nec æqualè ferme & còtaneum posset nisi cautè & difficulter. Atqui integras periodos, integra cola orationis Athenæi, ab Harpocratore descripta sunt: quomodo vis igitur ipso Athenæo superstite plagia hæc siue *συνμνησις* ab Harpocratore factas esse? adi ad verbum *Ναῖς*, & leges ipsamet Athenæi verba è libro decimo tertio dipnosophist. deprompta. Verum quid diutius de hoc probando laboramus? omnia scortorum Atheniensium nomina, omnia populorum genera, quorum fit mentio apud illum, ab Athenæi fontibus repetita sunt. Hoc non credent tantum illi quibus nulla intercedit familiaritas cum his auto-

ribus, vide verba λυκουργαῖς, κύμβιον, ἀντίκρυα, ἀφύατ,
 ιαῖνοι, σίνωπη φανογράφη, νεμέας, vt tibi liceat esse tam
 docte monito quam πολυπραγμοῖ. Nec est quod
 quis obiiciat pro interprete illo adduci posse tan-
 quam æqualem ab Harpocratiōe Athenæum, &
 ab Athenæo Harpocratiōem vicissim: ideoque
 non mirum esse si dicatur eundem Harpocratiōē
 & librum de placentis, & Lexicum decem rheto-
 rum composuisse: nam hoc plane est suo se telo in-
 terficere, cur enim primo Mendesium vocasset
 Athenæus Harpocratiōem illum quem placuit
 doctis Alexandria oriundum esse? (Mendesium si-
 quidē ἑπικῶς hic ego accipio nō vt potest accipi
 ἀπὸ γλωσσῶς ἀπὸ τῆ ἀρῆδος in patrio ἀρῆδος, & mu-
 tato deinde τ in σ ἀρῆδος, id est tragofus, hircos-
 fus, ἀρῆδος enim apud Ægyptios hircum significat.)
 Cur inquam Mendesium fecisset illum quem sciūt
 omnes & Alexandream esse, & Valerij cognomine
 insignitum? Præterea cur quibusdam in locis ipsius
 Lexicon decem rhetorum, vt librum de Placentis
 non laudasset, si vnus & idem Harpocratiō esset
 horum librorum patens? herbam libens porrigam
 si quid ad illa responsi daturus sis, & in me tela re-
 torqueas laceffitus hoc modo, vis adhuc maius ar-
 gumentorum acumen & magis vibrans, errauit
 Harpocratiō in describendis ipsis Athenæi verbis,
 ergo non ab illo Athenæus, sed ille ab Athenæo sua
 mutatus est. Vide quæ notamus ad scorti nomen
 proprium ιαῖνοι, λύψι μὲ γὰρ ἢ ἡμέρα κατὰ τὸ λεγ-
 ῶμεν, si vltcrius progrediar, & argumenta hæc

confirmare ac stabilire validissimis aliis rationibus coner. Quare hæc sufficiant ad refutationem nostræ obsecuri interpretis quæ ne quidem nota esse debuisse, nec titi uillitio emi. Quæramus num quis alius in Tertulliani verbis sudauerit. Iacobus Pamelius nouissimus operis Tertullianici enarrator, aliam & nouam plane sequutus est viam, Harpocratonem enim de quo Tertullianus, eundem esse putat cum illo cuius manuscriptus codex, *ἡ δὲ φωνὴ δυνάμει* seruatur in Vaticano. Cuius fidei si fidimus non inepte auctori illi qui de naturalibus facultatibus scripsit, verba Tertulliani accommodari possunt, cum ad physicam rationem spectet docere hederam Baccho esse sacrâ, quod defenset ab heluco cerebrum. Sed vereor ne sublestæ fidei sint illa, & potius vt auritus testis in his loquatur Pamelius, quàm vt oculatus. Nam euoluisse nos meminimus Augustæ Vindelicorum, satis diligenter syllabum librorum qui exstant in Vaticana Bibliotheca à Dauide Heschoelio commodatum cū aliis Bibliothecarum Augustanæ, Bauaricæ, Viennensis, Cæsareæ, Venetæ Diui Marci, & Florentinæ sancti Laurentij indicibus, nec de alio Harpocratone quam de nostro quicquam legisse, imò nec per indicem monitos cum postea versaremur in Vaticano Romæ, vt conferremus excusos codices Harpocratonis cum manuscripto qui illic exstabat, de illo quicquam ediscere potuisse, ne quidē ab ipsis Græculis patre & filio qui curam habent describendorum manu exaratorum codicum; & indicem illius

Bibliothecæ memoriter tenent. Non ob id autem temere condemnandum Pamelium iudico, & ab eius sententia recedendum, quia forsan non ita inconsultò & sro Marte codicem illum manuscriptum Harpocracionis *Ἐξ ὀνομαστικῶν δυνάμεων* in Vaticano latere asseueravit, sed monitus ab aliquo cuius hic memoriam & fidem implorare debemus; ut à Simlero, qui primus Cyrani & Harpocracionis librum *Ἐξ ὀνομαστικῶν δυνάμεων*, Romæ in Vaticano reperiri monuit in epitome Bibliothecæ Gesnerianæ. Imò sic statuo donec certius firmiusque sciant omnes alicubi exstare Harpocracionis *Ἐξ ὀνομαστικῶν δυνάμεων* codicem, & exploratum sit an in illo referantur quæ apud Tertullianum leguntur, rem totam in anxio manere debere, & diffindendum esse (ut loquerentur Iurisperiti) iudicij diæ. Nam aliquid veri vel certi de huius loci interpretatione *ὁ δὲ ἀρχήματα*, velle pronuntiare hominis certe sit qui non meminerit se esse hominem, *ἀμυνσία δὲ πλεον μέγας ἐν βροτοῖσιν* scitè aiebat olim sapiens, quod cum alias sæpius veritati consentaneum esse experimur, tum vel maxime, quoties controuersos, & parum notos ex antiquorum monumentis locos suscipimus enodandos & interpretandos. Monuerunt me autem doctissimi Puteani, dum hæc sub prælo haberem, legisse se in indice, quem pater *ὁ μακαρίτης* absolutissimum habebat omnium Bibliothecarum quæ in Italia exstant, Harpocracionis *Ἐξ ὀνομαστικῶν δυνάμεων* librum per alphabetum compositum latere in Bibliotheca Cardinalis à

sancto Angelo, quæ nuuc peruenit ad Cardinalem Farnesium fratrem. Quæ res quantum mihi persuaserit illum autorẽ à nostro non valde distare, non opus est vt explicem: ordo enim alphabeticus quẽ seruatum esse videmus in illo, quid aliud nobis indicat, quàm Lexicographum eum fuisse, à nostro non valde dissimilem scribendi genere saltem, si in tractatione differat? Vtinam thesaurum illum nobis comparare possemus, & publico offerre vnà cum nostro: de Tertulliani loco controuerso enucleando, non tam solliciti essemus, vt coniicio, nec in Cymmeriis tenebris versaremur, imò appareret statim vtrum vnus & idem auctor *Δέξιππος* & *Φουσιῶν διδάμειρος*, & *Δέξιππος τῆς δέξας Πρώτου* composuerit; quod adhuc sollicitè quærimus. Sed ad alia transcamus, & de Capitolini verbis explicandis cogitemus. Ait ille in Vero imperatore. *Audiuit Scaurũ Grammaticum, Latinum Scauri filium, qui Grammaticus Adriani fuit: Græcos Telephum, Hephaestionẽ, Harpocratonem. Rhetores Apollonium, Celerẽ, Caninium, Herodẽ, Atticum, Latinum, Cornelium Frontonem: Philosophos Apollonium & Sextum.* Difficultatem tantum mouent illa verba *Hephaestionem*, *Harpocratonem*. Nam de Scauro sic Gellius lib. 2. cap. 15. *Terentius Scaurus Diui Hadriani temporibus Grammaticus vel nobilissimus*: de Scauri Veri præceptoris patre verba faciens. Reliqui præceptores, vt Herodes, Atticus, Apollonius, Celer, Caninius, Cornelius Fronto, rhetores: & Apollonius ac Sextus Philosophi, Marcũ Antoninum etiam erudiuerunt. Idem Capitolinus

in Marco Anton. Oratoribus vsus est Gracis, Annio, Marco Caninio, Celere, & Herode Attico, Latino Frontone Cornelio: & paulo post. Vsus est & Apollonio Calcideno (sic legendum ex notatione Casauboni) Stoico Philosopho, rursus. *Audiuit & Sextum Charonensem Plutarchi nepotem.* De Sexto Charonenſi idem scrupulus remanet apud doctos qui de Hephæſtione & Harpocracione. Quâuis iam enunciauerit Criticorum princeps Isaacus Casaubonus nunquam ſine laude nominandus, non cūdem hunc eſſe qui Sextus Empiricus, cuius opera etiamnum exſtant *δογματικὰ*, & in illos qui profitentur diſciplinās, à Gentiano Herueto latinitate donata, cum Sexti Empirici libris hypotypoſeon Pyrrhoniarum tribus ab Henrico Stephano in lucem emiſſis. Ad iad notas principis viri, & ſimul expende ad trutinam verba Lucij Apulei lib. prim. *Metamorphoſ. Theſſaliam, & illic originis maternæ noſtræ fundamenta à Plutarcho illo inclyto, & mox Sexto Philoſopho nepote eius prodita, gloriā nobis faciunt, eam Theſſaliam ex negotio petebam.* De Harpocracione & Hephæſtione audi quid ſentiat idem ille heros. *Hephæſtion, inquit, hic videtur ille eſſe Alexandrinus Grammaticus, cuius exſtat hodiè que de re metrica elegans libellus, authorem certe illum antiquiſſimum eſſe nullus dubito. Harpocracionem quendam Suidas commemorat Sophiſtam Alexandrinū qui Aelius fuit dictus: eſt hic fortasſe Veri præceptor, aut alter ille Valerius Harpocracion, qui eruditum illum de diſtionibus decem oratorum Athenienſium librum compoſuit. Liliū*

vero Gregor. Gyrald. dialogo 5. de Poëtarum hist. ante illum eundem Capitolini locum sic enarrasse meminimus. *Optimos, inquit, hic magistros habuit, de Veri Imperatore agens, Scaurum Grammaticum Latini Scauri filium, cuius quadam in Grammatica feruntur, & Valerium Harpocratonem, Græcum rhetorem cuius Græcum Lexicon legitur in decem Græcorum rhetores, ex quo nonnulla in his exponendis imaginibus decerpfi: Harpocratonem Capitolinus celebrat & Suidas: eius tamen nominis, & alios legimus.* Ex quibus vides quàm parum constet inter doctos, quisnam sit ille Harpocraton ex omnibus quos recensuimus, qui Veri Imperatoris præceptor fuerit. Næ luteus ego plane sum & imprudens si post tales Heroas quorum quotidie magis ac magis doctrinam, & profundam eruditionem mirari soleo, aliquid certi in hac re constituere audeam. Itaque probabilia tantum me dicturum profiteor, & quæ nihil nisi *πῶτον* præ se ferre possunt. Si quem igitur ex illis Harpocratonibus, de quibus egimus in hac dissertatione, Veri præceptorem facere debeamus, eumque tanto honore dignari, assero ego nulli potius competere hanc laudem vel adorem quàm nostro, quem tam pro certo habemus fuisse Grammaticum quam alterum illum Ælium Sophistam. Atqui Capitolinus de Grammaticis præceptoribus loqui videtur, cum ait. *Audiuit Scaurum Grammaticum Latinum, Græcos Telephum Hephæstionem, Harpocratonem.* Grammaticos *ῥητορὶ* repetendum. Si de Grammatico Harpocratonem loquatur Romanus ille *συγγραφεύς*, nemo

negabit ad nostrum traducenda esse quæ dixit: nisi qui ignorabit hoc scribēdi genus, Lexicorū scilicet hoc pacto conficiendorum methodū, ad Grāmaticā partem exegeticā pertinere, solósq. Grammaticos antiquitus hoc fuisse professos. Nos ista excutiemus accuratè, & cum ingenij contentione, in secunda ad quam statim accedimus parte, si prius scrupulum quemdam qui inter scribendum nobis subortus est exemerimus, absurdum enim & absonum omnino videtur Harpocracionem nostrum sub Lucio Vero floruisse, eiúsque in Græcis fuisse Διακρίτης probabilibus quibuscundam rationibus persuadere velle: cum Athenæus Marci Antonini tēpore, circa annū à Christo centesimum sexagesimum secundum vixerit, post quem tamen Harpocracionem viguisse, vt qui multa ex eius dipnosophistarum libris suffuratus sit, verissimis argumentis à nobis demonstratum fuerit. Sed nihil prohibet quin Harpocratiō hic noster Lucij Veri præceptor extiterit, & post ipsum Athenæum vitā produxerit.

≡ Quamuis enim coætaneos illos faceremus, quis mirabitur alterum altero diutius egisse cum viuis? Et certe Athenæo fato functo Harpocracionem ex eius scriptis hausisse multa eorūque autoritate vsum esse, non ita nouum videri debet ac inauditū: cum solerent aliquando veteres superstitum adhuc autorum testimoniis vti in scriptis & dissertationibus suis, vt pluribus ostendere & probare conaremur, ni tempus vellemus compendi facere, & iam ad secundam partem nos accingere. Alias erit diligentius

gentius hoc tractandi locus opportunior. Memineris tantum, & ab Harpocrate Athenarum multa eorum quæ ad Atheniensium ritus pertinet, addiscere potuisse, & ab Athenæo Harpocrate vicissim alia eiusdem generis. Atque hæc in modum diludij & dissertationis dicta sint, nihil enim nos hic certi & veri constituimus, qui meminerimus apprimè à vate dictum. *Vanam mortalitatem, & ad circumscribendam seipsam ingeniosam.*

ACCEDO ad huius dissertationis partem secundam, in qua de Lexicis eorum autoribus & inventoribus, de Lexicis oratorum, collectoribus illorum: deque hoc decem oratorum peculiari Lexico nos pauca dicturos polliciti sumus. Et ut rem paulo altius repetamus, sciendum est ad Grammaticos olim id genus componendorum librorum pertinuisse, quod ut euidenter probemus, & una rem ab ipsa origine repetamus, summa rerum tantum vestigia sequentes, asserimus apud antiquos, γαμ-
ματικὴ in varias partes fuisse diuisam pro libidine illorum, qui eius officia & subiectum circa quod versari debebat, describebant. Varro apud Diomedem lib. 2. Grammaticæ quatuor constituisse partes videtur his verbis. *Grammaticæ officia constant in partibus quatuor, lectione, enarratione, emendatione, & iudicio. Lectio est artificialis interpretatio, vel varia cuiusque scripti enunciatio seruiens dignitati personarum, exprimensque animi habitum cuiusque; enarratio est obscurorum sensuum questionumue explanatio, vel exquisitio, per quam vniuscuiusque rei qualitatem poetis glossulis*

lis exsoluimus: emendatio est qua singula pro ut res postulant dirigimus, existimantes vniuersorum scriptorum sententiam diuersam, vel correctio errorum qui per scripturam dictionemue sunt. Iudicium est quo omnem orationem recte, vel minus quam recte pronuntiatam specialiter iudicamus, vel existimatio qua poema ceteraque scripta perpendimus. Enarrationem & iudicium existimamus nos ad *τελειότεραι γραμματικῇ* pertinere, contra quam alij putauere, emendationem vero & lectionem ad *ἀπλετέραν*, valde enim mihi probatur Philonis Iud. Grammaticæ in duas partes diuisio, in *ἀπλετέραν* & *τελειότεραν*: ad *ἀπλετέραν* ex illo in tractatu de congressu quærendæ eruditionis gratia, *γράφειν καὶ αἰσγιώσκειν* spectat, ad *τελειότεραν αἰσπιύξιν τῆς πομπῆς καὶ συγγραφῆς*. Quidam *ἀπλετέραν πομπῆς καὶ συγγραφῆς* nominant (ut idem Philo loquitur:) hæc rudem tantum & leuem quandam litterarum cognitionem, quæ rectæ lectionis & scriptionis normam non egreditur, præbet. Altera *τελειότερα γραμματικῇ ἰσοείας* τῆς πομπῆς καὶ συγγραφῆς *αἰαδιδάξαι*, νόησιν καὶ πολυμνήσας ἐργάζονται, καὶ κατὰ φρονητικῶς ἔχον αἰαδιδάξαι τῆς ὅσα αἱ καὶ δόξαν τυφλοπλάστοι, διὰ τῆς κακοπορείας, αἷς τοῖς ἀδουμένοις, καὶ αὐτοῖς ἥρωας περὶ ἡμετέροις λόγοις ἔχει χρῆσθαι. De illa enim intelligenda hæc Philonis, ex eodem tractatu desumpta verba existimo. Audi illum in tractatu, *οὐκ οὐκ ὁμῶν γὰρ ἀπὸ μὲν τῆς παιδικῆς γραμματικῆς δύο τὰ πρῶτα τὸ τε γράφειν καὶ τὸ αἰσγιώσκειν; ἀπὸ δὲ τῆς τελειότερας, πλεὺν τε πομπῆς τοῖς ποιηταῖς ἐμπειρίαν, καὶ πλεὺν διδασκαλίας ἰσοείας αἰσγιώσκειν*; Grammatici-

cem ἀτελεῖται, παιδικὸν meritò vocat, quod ver-
 setur tantum circa duo puerilia lectionem & scri-
 pturam: alteram perfectiorem perpetuo *πλειοντέρου*,
 quod tota sit in poëtarum ænigmati explicandis,
 & euoluendis antiquorum monumentis, de qua
 sunt accipienda verba illa in tractatu de Cherubim.
*γραμματική μὲν ποιητικὴ ἐρρωμένη ἐκ παλαιῶν ποιητῶν
 ἱστορίας μεταδιώκουσα.* Aliquando hæc omnia simpli-
 citer Grammaticæ tribuuntur: vt in tractatu de Cō-
 gressu quærend. erudit. grat. in quo Philo Gram-
 maticam philosophiæ pedisequam facit, ἐχὼ ζωῶ,
 inquit, *ἡνίκα πρώτων χρόνων φιλοσοφίας πρὸς δὲ πόλιν
 αὐτῆς ἀντιεθίστην, ὡμίλησα χρηστὸν ἑὸς ὄν, μὲν τῷ ἡγε-
 παιδίῳ αὐτῆς γραμματικῇ, καὶ ὅσα ἐθρήνησα ἐκ αὐτῆς δὲ
 γράφειν, καὶ ἀναγιγνώσκων τὴν ἱστορίαν τὴν πρὸς ποιητῶν,
 ἀπέθηκε τῇ διασύνῃ.* De vtraque grammatice hic lo-
 quitur, & *παιδικῇ* & *πλειοντέρῃ*, quas generali nomi-
 ne grammatices comprehendit: quod vtraque à
 litteris desumpserit denominationem, & *παιδικῇ*,
 seu *γραμματικῇ* quidem ab elementis: *πλειοντέρῃ*
 vero ab scriptis circa quæ versatur: scripta enim il-
 la litteræ quoque appellantur, quod animaduer-
 tendum est: quomodo publicæ vocantur litteræ, &
 cum aliquem doctum volumus prædicare multa-
 rum litterarum dicimus esse peritum: id est non
 elementorum quæ ad grammaticam, sed scripto-
 rum quæ ad perfectiorem grammaticam pertinet.
 Et Callimachus ipse poëma aliquando *γράμμα* vo-
 cat, id est litteram seu scriptum: aliquando etiam
 orationem solutam, & (vt ait Cicero) liberam, nul-

λίςque numeris ad strictam: quam vocat proſam, ut in epigrammate in Cleombrotum,

*—ἀλλὰ Πλάτωνος

Εἰ δὲ πᾶσι ψυχῆς γράμμι' αἰαλεξάμενος.

Ibi enim γράμμα litteram seu scriptum, non elementum significat, & quidem scriptum oratione soluta. Ammonius in libello de similibus & differentibus vocabulis, γράμμα στοιχείου ἀφ' ὧν στοιχείον μὲν γὰρ ἔστιν αὐτὴ ἢ ἐκ φάσεων, καὶ ὁ φθόγος: οὗ δὲ γράμμα σημαίνει ἢ τύπος, γῆμα. ὡς εἰ παρ' ἐργασίῳ μὲν γὰρ ἔστι δὲ Δ. ἐρίγλυφον ἢ δὲ Ο. τύπος. δὲ δὲ στοιχείον δὲ οὐλόκληρον, οἷον Α. Β. καὶ τὰ λοιπὰ στοιχεία κατὰ χρῆσιν γράμματα. καὶ τὰ γράμματα ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ γράμματα. Καλλίμαχος πρὸς Πτολεμαίον.

Γράμματα δ' οὐκ εἰλησθῆναι δέκνυνται.

Τούτῳ τὰ γράμματα. καὶ πάλιν.

—Πλάτωνος.

Εἰ δὲ πᾶσι ψυχῆς γράμμι' αἰαλεξάμενος.

Καὶ ἐν τῇ στοιχειῳ, πολλὰ φανερὸν εἶναι γράμματα τῶνδε, οὐ γὰρ τὰ εἴκοσι τέσσαρα, ἀλλὰ δὲ τῶν πολλῶν ἐμπειροῦ γράμματων. Grammaticam igitur recte diuidemus in minus perfectam & perfectiorem: minus perfectam grammaticam communiter & late vocamus, quarumlibet litterarum, id est elementorum, siue Græcorum, siue Barbarorum cognitionem; perfectiorem vero grammaticam propriè dicimus eam quæ est perfecta & absoluta, quæque studio & diligentia Crateris Mallotæ, Aristophanis, & Aristarchi elaborata fuit. Vtraque tamen, & quæ communiter, & quæ propriè grammatica dicitur ἐτυμολο-

γὰρ hoc nomine fuit insignita. Rudis illa γερμα-
 τιστὴν quam primam possumus appellare quod ab
 infantia, & ab ipsis incunabulis huic tradatur om-
 nes, ab elementis quibus voces articulas signa-
 mus dicta fuit: perfectior altera γερματιστὴν, quæ
 grammatica ἰσως dici potest, à minus perfecta ut
 existimauere quidam grammatica. Quomodo pri-
 ma medendi ars ἰατρικὴ antiquitus fuit appellata à
 venenosiss succis, qui ἰαὶ dicuntur, nunc quoque idē
 nomen retinet, quamuis circa alia longe diuersa
 versetur, ut circa affectiones, & morborum quo-
 rumlibet propulsationes, longēque sit artificiosior:
 vel quomodo Geometria à terræ dimensione suam
 appellationem traxit, & γωμέτρια dicta fuit, eodē
 etiam nunc appellatur nomine, licet versetur in
 contemplatione rerum magis naturalium. Ita grā-
 matica quæ prius ἀπὸ τῆς γερμμάτων ἢ ἀπὸ τῶν σα-
 χίων, circa quæ versabatur dicta fuit, nunc quoque
 recte grammatica vocatur, etiamsi non tantum
 circa rectam scribendi & legendi rationem immo-
 retur, sed circa poëtarum & historicorum diffici-
 liorum explicationem. Hanc puto ego cum Sexto
 Empirico veram esse nominis etymologiam. De di-
 uisione diligentius, & attentius inquiramus, & cō-
 sideremus an perfectē à nobis in duas tantum par-
 tes secata fuerit, minus perfectam siue puerilem &
 litteratoriam; & perfectiorem siue grammaticam
 proprie dictā, quia si semel ex his principijs nos ex-
 pediuerimus, facilius deinde ad reliqua veniemus,
 & quam polliciti sumus de Lexicorum authoribus

& eorum origine tractationem absoluemus. Egitur dum de diuisione grāmatices pauca dicere instituimus, sciendū late tantū & generaliter hanc à nobis fuisse superius diuisam in duas partes, quæ quidem omnia eius munia possunt attingere & coarctare. sed quia quo plura sub vnius diuisionis membris complectimur, eò breuiores & obscuriores simus, malumus in hoc inhære vestigiis Sexti Empirici scriptoris longe doctissimi & acutissimi, quàm diuisam rem iterum diuidere, & subdiuisionibus vti, (vt accidere necesse est his qui leuiter & generaliter tantum aliquid diuidunt in suas partes) & recentiorū quorundam iudicia sequi. De autore Polymath. hic loquor, quem scio grammaticam in tres partes diuisisse, adinstar Sexti Empirici, murato tamen membri vnius ad libitum nomine. Audi Sextum Empiricum lib. pri. contra Mathematicos. cap. 8. αὐτὸς λέγει (inquit) ἀσχυρατικὸν περὶ αὐτῆς γραμματικῆς ὅ μὲν ἔστι ἰσοεικὴς, ὅ τ' ἐπὶ πηχικὴν, ὅ τ' ἐπὶ ἰδιαιτέροι, ὅ τ' οὐ γὰρ καὶ τοὺς ποιηταὶ καὶ συγγραφῆς μεθοδολέται. ὡς πηχικὴν μὲν ἔστι, ἐὼς ὡς πρὸς τὴν τέχνην, καὶ τὴν τῶν λόγων μερῶν ὀρθογραφίαν, καὶ τῶν ἐλλειψισμῶν καὶ τῶν ἀκρωτισμῶν διδασκαλία. Grammatica ergo, vel historica vel artificiosa, vel magis propria. Artificiosa quæ πηχικὴ, vel μεθοδική, historica quæ ἰσοεικὴ, vel ὁξυγητική, licet ὁξυγητική latius pateat secundū quorundā opinionē: magis propria quæ iudiciaria, siue κριτική. Quæ tripartita diuisio, omnes quas cōstituit Dionysius Thrax grammaticæ partes comprehendit. Ille apud Sextū Empiricum, cap. 16. lib. primi circa sex maxime pu-

rat versari grammaticam, ἀνάλυσιν primum εὐ τε-
 βῆ καὶ παρσώδιον, ἐξηγήσιν καὶ τοῖς ὑπάρχουσιν ποιητικαῖς
 ἔργοις, λέξεων καὶ ἰσχυρίων ἀπόδοσιν, ἐτυμολογίας ὁρῶσιν,
 ἀναλογίας ἐκλογισμὸν, κείσιν ποιημάτων. Verum ut opti-
 me Sextus Empiricus non partes ille sed particulæ:
 nam exercitata lectio, expositio, & iudicium poë-
 tarum ad κερήκεω pertinent, etymologia autem &
 analogia ad πηχικὸν: dictionum & historiarum ex-
 planatio ad ἰσχυρικὸν, quæ præcedentibus tanquam
 ex aduerso opponitur, quæq. ab Asclepiade in ope-
 re suo de grammatica trifariâ subdiuidebatur in ve-
 ram, falsam, & veri aliquid referentem. Vera quæ
 versatur in rebus quæ geruntur, falsa quæ circa fa-
 bulas & figmenta moratur, veri aliquid referens
 quæ in Comædiis & mimis. Vera & falsa adhuc
 subdiuiduntur, & veræ quidem sunt tres partes, alia
 quæ versatur in describendis Deorum personis, &
 Heroum virorumque illustrium: alia quæ in locis &
 temporibus, alia denique quæ in actionibus. Falsæ
 vero vnica est tantum species nempe genealogia,
 quam propriè rhetores attingere docuit Isocrates
 in Busiridis laudatione; quo loco Palamedem rhe-
 torem qui Busiridis laudationem, & Socratis accu-
 sationem pro Anyto & Melito composuerat, mo-
 net, non recte illum quamuis καὶ τοῖς ἀναλογίας
 ἐκλογισμῶν tanquam rhetorem, Busiridem Heroi-
 bus comparasse quorum eius tempore nondum
 erant nati parentes. Atque hæc est Asclepiadis par-
 tis historicæ quæ ad grammaticam refertur, subdi-
 uisio. Persequamur nos de ea adhuc plura dicere.

quia hæc illa est, de qua maxime in hac dissertatione tractabimus, & ad quam Lexicorum conscribendorum modus pertinet, ut & obscurarum intricatarumque rerum quæ apud quoslibet autores leguntur, enotatio & enarratio. Scio autorem Polymathix partem hanc *Ἑρμηνεία* potius quam *ἱστορίαι* vocasse, quod non historias tantum, imò & verba interpreteretur. Sed nã stupidi nos simus, si nò videamus apud Sextum Empiricum nominatim huic parti historice explicationem historiarum & dictionum simul tribui, & quod magis est, Asclepiadem adinstar Dionysij omne quod pertinet ad linguas illi assignasse, utpote quæ exponat *κρήναι* verbi gratia, verum vel bonum significare, proueria & definitiones expendat. De historica igitur, siue exegetica grammaticæ parte dicturi, monemus primum, eius subiectum esse obscuritatem verborum & rerum. De rerum obscuritate hic nihil dicemus, nisi quatenus in Lexicis demonstrabimus non solum difficiliora verba, sed & res intricatiores obscurioresve exponi debere. Agemus ex professo de obscuritate verborum, circa quam glossæ, glossaria, Lexica, aliæque eiusdem nominis & subiecti volumina versantur. Verba vel *ἰδίαι*, & propriè: vel *ἑπικῶς*, & figurate à grammatico considerantur. Propriè cū illorum usus ostendit, & nudam originem profert; quò spectat *ἐτυμολογία*, quam Aristoteles *ἀμφοτέρω*, Cicero notationem, Quintilianus lib. I. cap. 3. originationem vocant *καταχρηστικῶς*, propriè enim illa *ἰδιωματική* est. Hæc verborum vim & naturam plenissime

nissime docet, & ex eorum vi plerumque res pate-
facit, vt non malè Isid. Origin. lib. pri. cap. 28. di-
xerit etymologiam vocabulorum originem esse,
cum vis verbi vel nominis per interpretationem
colligitur: inde veriloquium, quod in etymologiis
ratione nominis, & litterarum similitudine veritas
inquiratur: vt Aristoteles docuit in deducenda ἡθυ-
κῆς ἄρετῆς etymologia, magnor. moral. lib. 1. cap.
6. vbi ὡς γράμμα πλεὺς ἢ ἡ φύσις σκοπεῖται, est etymolo-
gicè nominis, & verbi veritatē venari. Phauorinus
variæ historiæ lib. 8. apud Diogenem Laërtium re-
fert Platonem primū grammaticæ vim inspexisse,
ἡρωῆσαι πρῶτον τῆς γραμματικῆς διδάσκειν, vel (vt ipse
Diogenes Laërtius per glossam interpretari vide-
tur) διελεχθῆσαι ὡς ἐν ὀνοματικῇ ὁρθότητος. Sane hoc idem
testatur Dionysius Halicarnasseus Criticorum sine
controuerſia princeps, libro ὡς συνδέσως ὀνοματικῇ,
his verbis Ἐὰν κεχῆται δὲ ἰέναι ὡς πρῶτον. ὅτι ἡ ἐτυ-
μολογία εἰσάγει τὸ λόγον Πλάτωνι τὰς Σωκρατικῶν, παλλα-
χὴ μὲν καὶ ἄλλοι, μάλιστα δ' ἐν τῷ Κρατύλῳ. Adi ad
Cratylum eius, & statim nosces non temerè Dio-
nysio dictum, Platonem deducendarum etymolo-
giarum, rectæque nominum compositionis pri-
mum autorem fuisse. Illic de nominum natura, &
ratione accuratissimè disputatur, & ex eorum ori-
ginatione rei ipsius proprietas ac natura indagatur.
Huius autem grammaticæ partis summopere stu-
diosos fuisse Stoicos testatur aperte Diogenes La-
ërtius, & Plutarchus contra illos, quos deinde se-
quuti sunt Iuriscōsultri, vtpote qui ab Stoicis ferme

omnes imbuti fuerint. Nulli Philosophi nominum origines *δυσιδαιμονεστέρως*, & *σπουδιεστέρως* inquisierunt quàm Stoici, qui dialectici apud Ciceronem & alios vocantur, ut discipuli Socratis dialectici, sic primum à Dionysio Carthaginienſi vocati, apud Diogenem Laërt. & ipse Socrates dialecticus, apud Theonem Sophistam in progymnasmatibus. Ita in l. *qui quadringenta D. ad legem falcid. apud dialecticos* nihil aliud est quàm apud Stoicos; apud quos vulgo circumferebatur definitionem nominis debere præcedere definitionem rei. Quod imitati sunt Iuriconsulti sapissime. Ulpianus l. 2. D. de iustitia & iure, in qua ait eum qui iuri operam daturus est, scire prius debere unde nomen iuris descēdat. Theophilus in principio tit. de testamentis ordinandis in institutionibus, *πρὸ τῶν ἄλλων αἰαγετέον εἰπεῖν ὅτι τῆς διδασκαλίας ὅρα ἢ τε ἐτυμολογίας*. Adeo autem religiose observabant hunc morem Stoici, siue Dialectici, ut nunquam alicuius rei definitionem traderent, quin prius nominis definitio præcessisset. Altera erat *ὁσιώδης*, altera *ὀνοματωδης*, *ὀνοματωδης* semper *ὁσιώδης* præcedebat, quia per illam veritas inquirebatur, ut supra monuimus ex Aristotele; quod tati fecere iuris autores, ut sæpe ex eo argumēta duxerint l. pri. §. cū feruis de his qui deiecerunt vel effud. D. *si servus*, ait, *nihil nocuit ergo non recte dicitur servi noxa*, à definitione & etymologia nominis. & in l. si legatarius D. de legat. 3. *si legatarij culpa à quo fideicommissum relictum est, non perit lis, ergo iniquum est litis periculum ad eum pertinere*, quia cui nihil perit, non potest esse

eius periculo quidquam à pereundo enim potissimum periculum dicitur. Eadem ratione in l. 12. in principio de furtis. *Si quis non habet quod perdat*, ergo eius periculo nihil est, & in l. *in lege* de cōtrahenda emptione, D. *si lapis nō ceditur eo loci, nulla igitur illic sunt lapidicina*, lapidicina enim à lapidibus cedendis, quos omnes locos acceptos refero Iacobo Cuiacio, qui solus in iure consul sine collega vere dici potest. Ad iad. cap. 40. lib. 26. obseruationum. Præter magnos autem illos viros quamplurimos etiam alios venerandæ antiquitatis operam nauasse huic disciplinæ etymologicæ, cum testentur nobis scriptorum omnium monumenta; tum vel maxime quæ passim leguntur apud principes poëtarum Homerum & Hesiodum. Tragicos ipsos, Comicos, lyricos, aliosque id genus poetas, de deducendis nominum etymologiis valde sollicitos fuisse nemo negabit, nisi qui omnis humanitatis expertus erit, fidem facit vel vnus ille Euripidis tragici locus luculentissimus, in quo nos docet vnde putet nomen Amphionis deriuatum, cum illum ait, *Ἄμφι γὰρ ὁδῷ γενόμενος*, ex eo quod circa viam natus sit Amphion dictum fuisse. Pro Comicis venit vñ testimonium expleat numerum, *καμύνης κατ' ἐξοχάν*, Aristophanes, qui quam Euripides Amphionis nominis proprij originationem dedit, gustare videtur, *αὐτὸν ἄμφωδός* (inquit) *ἠρξάτο καὶ θύει*, id est, annū Amphion *ἀμφωδός* dici debuit quasi natus in vñ Chæroboscus refert in orthographiâ sua, Ixiona & Doliona (nisi nomen apud etymologum corruptū

fit, & pro Δολίων, Οείων legere debeamus) putasse ex libris quos de etymologiis scripserant, Amphionē non ἀπὸ τῆς ἀμφὶ καὶ ἰών, sed ἀπὸ τῆς ἀμφὶ περιώσεως, καὶ περιώγῳ producto ἰlicentia poetica, dictum fuisse. Audi Varronem de Euripide lib. 6. de lingua latina. *Imitari dum voluit Euripidem, et ponere etymon est lapsus, nam Euripides quod græca posuit etyma sunt aperta, ille ait, ideo nomen additum Andromachæ quod αἰδοῖ μάλιστα.* Nimium quantum tragicum istum in tradendis nominum priorum etymologiis primum fuisse fidem faciunt innumera, quæ in eius tragædiis leguntur; qualia de Polynice quod sit Πολύων ἐκπύκνως, de Pentheo μὲν πύθος ἐστὶν δῆμος, de Thyeste ἐκπύκνως διπλῶς θυέστου, De Apolline, citante Macrobio in Phaethonte, cap. 17. lib. prim. Saturnal.

Ὁ χρυσοφειγὴς ἥλι' ὡς μὲν ἀπώλεσας,
Ὅθι σ' Ἀπολλῶν ἐμφαιδὲς κληῖς βροτῶν.

Aeschylus etiam in dandis nominum etymologiis profusus, nam Prometheus dictum vult quod eum oporteat περιμνήως ex malis euolui, & in Persis, dum de Artapherne loquitur, nimis putide & raneide sic dictum putat, quod φρένας ἔχει δῆλα. lepidius & Persico nomini conuenientius Ἀπαπαλάτης Comicorum, dum loquitur in nominibus Persicis, Ἀρταβάζου καὶ Ἀρταξέρξου in Aicharnens. Ὑδαρτάβου quendam regis oculum fingit, Ὑδαρτίβου δὲ μύθος, quod Persicum & Aegyptium nomen est, consentiente veteri enarratore. Ὑδαρτάβας quasi falsa mensura. Nec ab etymologiarum dedu-

ctione abhorruere omnino poetæ latini, testib. Ennio, Plauto, & Aufonio, apud quos passim inuenire est similes ὀνομαῖων ᾠδὰς γὰρ. Narrat Diogenes Laertius in Chrysippo, scripsisse eum vndecim libros ἐτυμολογικῶν ad Dioclem. Pamprepij ἐτυμολογικῶν ἀποδόσις, Demetrii Ixionis ἐτυμολογικῶν libri, Orionis ᾠδὴ ἐτυμολογίας volumina, item Apollodori, nota ex Athenæo, Suida, & etymologicis auctore: apud quem sæpius Demetrius, Ixion, & Oriō laudantur. Sed nec Theologi ipsi hanc partem intactam reliquerunt, cum certum sit à Basilio, Gregorio, aliisque patribus præcipuæ notæ, crebras spissasque inspergi cum opus est etymologias: imò vt illud moneam ad hoc putem pertinere Philonis librum, ᾠδὴ τῆς μετριομαζικῆς, à Dauide Hefschælio primò vulgatum Augustæ Vindelicorum, à Morrello deinde latinitate donatum, & nunc denuo Aureliæ Allobrogum, cum omnibus Philonis operibus nouis excusum typis: & Dionysij Arcopagita, ᾠδὴ τῶν ὀνομαῖων capita ad Timotheum præbyterum. Didymum quoque in tradendis etymologiis valde solertem fuisse tertio συμποσιακῶν dedici ab etymologo, v. σκόλια: vbi illum huius verbi σκόλια diuersas etymologias produxisse refert. Verum illi omnes aliud agendo nominum & verborum etymologias tractarunt. Ex professo vero huic parti incubuere vltimæ antiquitatis auctores Suidas, & etymologus, & Suidas quidem, cuius etymologicū Michaelis Apostolij manu in Creta, ἀπὸ Γεωργίου τοῦ πατρὸς διεφθαρμένον, (vt ipse testatur reliquit) descri-

ptum, in luculentissima Electoris Palatini bibliotheca seruatur. Opus ut ego iudico pernecessarium, sed nisi me fallit coniectura, quamuis nunquam in illud inciderim in glossarij modum potius quam etymologici confectum. In hanc sententiam me duxere varia quæ à Ioāne Meursio in Glossario suo Græco-Barbaro ex eo proferuntur fragmenta, quid enim illa præter verba *καὶ γλώσσας* explicata? Etymologici vero quod magnum vocant, autor, cuius nomen adhuc ignoratur, Christianus haud dubie fuit (ut ego quidem coniicio) vel ex eo solo quod *αἰώνιος* ad nos peruenerit. Solebant enim antiquitus monachi christiani libros ut plurimum *αἰώνιους* edere, qualia in numerosos autores scholia, *ὑπομνήματα*, & variorum Lexicorum, aliorumque librorum, & poematum confarcinationes, quod ita certo mihi constat adeoque verum est, ut nihil putem verius. Sententiam meam quæ coniectura, & probabilitate tantum nititur, reipsa confirmat singularis in quem incidi apud illum. v. *δυσδιαμονία* locus; qui sic habet *δυσδιαμονία λέγεται, ἢ παρὰ τὴν ποικιλίαν δαίμονας ἐπισημαίνουσα. ἰστέον ὅτι καὶ μὴ τοῖς ἑλλήσιν ἐπὶ καλοῦ λαμβάνεται, καὶ δὲ ἡμῶν τοῖς Χριστιανοῖς ἐπὶ τῇ αἰσθητικῇ λέγεται ἢ δυσδιαμονία*, rursus Diui Pauli meminit voce, *μὴ*, in qua sic loquitur, *ὡς ἔ Παῦλος φησὶν ὁ ἐαδίων τοῦ μὴ ἐαδόντος μὴ ὀφθαλμικῶς, καὶ μὴ κρυπτῶς*. Antichristum quoque nominare videtur verba *αἰώνιος*, quo loci ait, *ὡς περ Ἀντίχριστος φάσκει, καὶ ἀντίπαλος*, ut Hesychius, qui voce *ἡτάρ* sic loquitur, *ἡτάρ, παρὰ δὲ τῆς, καὶ τῷ Ἀντίχριστου ὄνομα, κ. in c. δε*

in *a.* versis, remanet Satan verum Antichristi nomen: baptismi etiam meminit cum ait βάπτισμα, ἐν ᾧ βάλλεται ἡ ζωὴ πίπτειν τῷ πιάσμα. Accedant præterea ad corroborandam sententiam nostram verba, *ἄνθρωποι, παλαιστῆ, αἰχμηταί, σὺλῳοι*, in quibus Psalmi 5. 38. 59. 77. allegantur. Ita Hesychius ut multis argumentis docuit in animaduersionibus ad Athenæum Casaubonus, Christianam religionem professus est: ita etiam Suidas, ut notum est vel his qui nondum ære lauantur, & patet ex innumeris locis qui apud illum leguntur, maxime ex voce τύχη in qua disertis verbis sic loquitur. τύχη πρὸς Ἕλλησι ἀπορροήτης κύσμου διοικήσεις, ἢ φορεὰ ἔξ ἀδύλων εἰς ἀδελον, καὶ αὐτόματον. οἱ δὲ χριστιανοὶ θεοὶ ὁμοιογενέμεθ' διοικεῖν τὰ πάντα. De autore autem etymologo postquam pauca monuimus, quid vetat & de opere quod magnum etymologicum inscribitur, quædam subiungere? cum ista non Læliis, sed Consentinis (ut Lucilij verbis utar,) non hominibus in antiquorum monumentis περιουσιάζουσιν si loqui sic liceat, sed litterarum amantibus, & addiscere cupientibus parentur à tyronē, candide in medium cum opus erit deprompturo quæcumque sibi lectione varia comparauit; & irrequito paraturus est (dummodo non deficient vires) studio. Totum quod nobis superest opus etymologicum, nihil aliud est quàm sylloge aliorum etymologicorum & Lexicorum, quæ prius fuerant confecta & compacta ab antiquioribus autoribus, ut Diogeniani Lexicon, & Suidæ, quorum alterum, ut refert Hesychius, ex variis autorum Lexicis, Poeti-

cis, rhetoricis, hiltoricis, collectum erat, & in vnū coaceruatum. Alterum vero non tantum veterum autorum qui ante vixerant λέξεις ἔτι σοιχείων compositas in se continet, sed & glossas, scholia, & ὑπομνήματα in quoscumque scriptores, siue poëtæ illi sint, siue oratores & hiltorici: vt apparebit ex his quæ dicturi sumus paulo post. Quod autem vt præmisimus, etymologicum quod vocant magnum, nihil aliud sit quam collectio præcedentium etymologicorum & Lexicorum, apertissime probatur ex his quæ leguntur in dictionibus istis πολλὰς, ὑπομνήματα, φασκώλιοι, φύλλοι, χρέος, ἀπὲρ ἐδέατο, ἐδίδετο, in quibus ὁ ἄλλος ἐτυμολογικὸν, vel ὑπομνήματα, & δίδετο Λέξιον citantur. Quis igitur amplius dubitabit opinionioni nostræ subscribere, & hodiernum etymologicū συλλογὴν dicere, siue potius ἀνακατατάξιαι eorum quæ in præcedentib. etymologicis explicata fuerāt: additis de nouo quibusdam non tantum Romanæ, sed & Barbararum quarundam gentium vocabulis Græco-Barbaris. Hæc habebamus in præsens, quæ promeremus de Græcis authoribus qui vel per transennam, vel ex professo parti Grámatice quæ versatur in etymologiis incubuere. Plura potuissimus, sed hæc vel extra rem, vel nimis curiosè & ambitiosè relata fuissent. De Latinis pauca tantum addemus, ne quid in hac tractatione desiderari queat. Testatum reliquit Cicero, Marcum Terentium Varronem omni doctrinæ genere ornatissimum, & qui omnium diuinarum humanarumque rerum nomina, genera, officia, causas, aperuit tribus de lin-
gua

gua latina prioribus libris, hanc ipsam etymologicam doctrinam professum fuisse: ut & Nonius, & ipsemet Varro in his quæ supersunt asseruere. Quis ignorat Isidorum viginti etymologiarum libros reliquisse? quis Iulium Cæsarem Scaligerum veteribus ipsis anteponendum, de causis linguæ latinæ libros tredecim? apud Gell. lib. 3. cap. 19. recensentur Gabij Bassi de origine verborum libri, de quibus merito possit dubitari an etymologici fuerint, ubi cumque enim verborum origines deducimus, non ibi semper etymologias inquirimus, aliud siquidè origo verbi, aliud etymologia: origo tanquam derivatio quædam est, atqui differunt inter se derivatio, & etymologia: quod hæc & dictionis originè siue principium atque finem consideret, illa vero principium tantum. Ipsum etymologum autorem habeo qui sic etymologiam à derivatione distinguit v. *διχαιος, ὁ δὲ διχη διχαιος, τὸ τοῦ διχῶ, ὁ διχαλῶ, ἐτυμολογῶται δὲ ὁ δὲ διχῶ ἔχῃ, ἢ γὰρ διχη τὸ διχῶ μέρη διέησι. ἄλλο δ' ἐστὶ διχαλῶν, καὶ ἄλλο ἐτυμολογία, ἢ ἀπὸ διχαλῶν καὶ πλὴν διχαλῶ μόνον παρῶνται τῆς λέξεως: ἢ δὲ ἐτυμολογία καὶ πλὴν διχαλῶ καὶ τὸ τέλος, ἢ ὁ δὲ διχῶ διχαιος, καὶ διχαιος, ἐκ τούτου γίνεται διχαιοσύνη. Unde si vera hæc sint, & hanc grammatici regulam admittamus, Iurisperitorum iuris à iustitia originè non etymologiam, sed potius derivationem esse recte colligere licebit, & male διχαιος à διχαιοσύνη, i. mò διχαιοσύνη à διχαιος oriri debebit: cùm διχαιοσύνη descendat à διχαιος, διχαιος à διχη ὁ δὲ διχῶ ὁ διχαλῶ: cuius etymologia ὁ δὲ διχῶ ἔχῃ deducitur. Sed*

nimiam redolent hæc omnia grammaticorum ventosam garrulitatem, quam Iurisperiti rerum potius quam verborum ponderibus, originibus, & litigiis inhærentes, odio plusquam Vatiniano prosequuntur. Transeamus ad alia. Superius diximus verba vel propriè, vel figuratè considerari: de verbis ἰδῶς, siue propriè consideratis egimus, nunc ad Ἑπικῶς λέγειν veniamus. Huc pertinent glossæ, glossaria, λέξεις, Lexica, προιμίαι, & reliqua eiusdem generis. De parœmiis nihil hic nos proferemus, cum abunde iam de his disputauerit Andræas Schotus vir doctissimus in præmio ad Græcorum prouerbia quæ pridem emisit in lucem. De Lexicis maxime propositum nobis est loqui, quia ὥτις χάριν susceptam fuisse dissertationem hanc negare non possumus. Et ne si diutius in aliis immoremur, seruatorum more τὰ κύρια λέγειν, καὶ προιμιάζειν videamur, non autem τὰ ὅσα περιέχονται explicare: præmissis quibusdam quæ præterire non esset fas, cum ad rem faciant, veniemus statim ad tractationem de Lexicis, eorumque inuentoribus & compositione. Nā immeritò dubitatum fuit inter solertes, & præcipuos in republica literaria viros, an longum constituendum esset discrimen inter glossas & Lexica, aliis quidem hæc inter se distinguuntibus, aliis vero confundentibus & permiscantibus. Eruditissimus Casaubonus cap. 6. lib. 3. animaduers. in Athenæum, inter glossas quocumque modo cόπαται essent, & Lexica parum aut nihil discriminis constituere videtur. Autor Polymathix cap. 9. ex aduerso Lexica

quiduis aliud potius quàm glossas apud antiquos dicta fuisse probare contendit. Nos erciscundi & mediam quandam viam tenentes non idem quidem propriè esse Lexica & glossas demonstrabimus; sed *καταχρηστικῶς* Lexica glossas posse dici, vel è conuerso glossas Lexica, & sub generali Lexicorum nomine omnia posse comprehendi tam certo docebimus, vt de his non magis dubitare impostertum quis possit quàm de illis quæ apud Sagram. Glossæ multifariam accipi possunt, & primò quidè maxime propriè pro dialectorum externarum, & barbarorum vocabulorum explicationibus. Glossam enim Eusthat. Iliad. α. *ἀπὸ τῶν ἰδιωτικῶν ὀνόματι* interpretatur, vt Clemens Alexandrinus Stromat. η. *καὶ ὁ ἐκλίπῃς τὰς βαρβαρίων φωνὰς*, quas non dialectos imò glossas dici oportere contendit: quod dialecti dictiones sint proprium & peculiare loci cuiusdam characterem designantes, vel vocabula proprium & commune gentis alicuius idioma significantia: vt quinque Græcorum præcipua, Attica, Ionica, Dorica, Æolica, Communis. Quod in barbarorum linguis reperiri nequit, quas vere dicere possis *ἀπὸ τῶν καὶ ἡμετέρας ἀλλότῃς*. Dialecti enim quibus ab initio vsi sunt homines barbaræ fuere, & à natura nomina habuere: vnde preces per illas conceptæ *διωατὸν πρᾶς*, vt iam facti sunt sapientes omnes, quod nec *τοιοῦτοι καὶ οὗτοι οἱ πρὸς αἰ. δευτέρῃ ἐμφανῶς*, nec percipi possint. Plato in Cratylo dū vocū *πῦρ* & *ἵδιον* originationem querit, tandem eò deuenit vt barbaras faciat, & à Phrygum qui propriè barbari sunt

siue gentis alterius, quædam glossæ continebantur, *ῥόμμαι* glossas complecti poterant, non glossæ *ῥόμμαι*, strictè sumpto glossæ nomine: in *ῥόμμαι* enim cuiuscumque gentis essent, siue *ῥόμμαι* *ῥόμμαι*, *ῥόμμαι*, *ῥόμμαι*, vel *ῥόμμαι*, instituta, leges, & ritus diuerforū populorum tradebantur. Quæ omnia non poterāt perfici, quin permulta vocabula vulgo incognita, & ad eisdem ritus morésque spectantia glossématique explicarentur. Vnde satis apparet nos non temere & inconsultò coniecere, consule in *ῥόμμαι*, ut plurimum glossas fuisse comprehensas, id est explicationes verborum difficiliorum, quæ ad *ῥόμμαι* pertinebant tanquam *ῥόμμαι*. Seimus ab autore Polymath. multos non tantum *ῥόμμαι*, *ῥόμμαι*, *ῥόμμαι* autores & scriptores cap. 9. operis sui recensitos, & relatos fuisse, sed etiam *ῥόμμαι*, & *ῥόμμαι*, & *ῥόμμαι*, eruditèque ab eo fuisse demonstratum cuiusnam argumēti & hypotheseos libri illi essent, quare nihil hic nos repetemus, nec addemus in præsentiarum, veritè ne pro dissertatione quam pollicemur librum integrum componere videamur. Monēbimus tantum inter *ῥόμμαι* *ῥόμμαι* scriptores, præter Theodectem Phasiletem rhetorem secundum Suidam, & innumeros alios, etiam ad scribendum esse Hellanicum illum historiographum tantopere laudatum monumentis quæ veterum, quæ recentiorum. Quod nos docuit eruditissimus etymologici magni autor voce *Ζάμωνας*, sed illic hodie legitur *Εμάνος ὁ ῥόμμαι* *ῥόμμαι*, pro *ῥόμμαι*, quamvis non male possit legi *ῥόμμαι*, ut Sui-

das etiam habet, à quo sua mutuatum esse etymologum nemo negare audebit qui vtriusque verba contulerit. Lamprias Plutarchi filius in syllabo suo, patris non tantum αἰτίας Ρωμαϊκῆς recenser, sed & βαρβαρικῆς, quod opus quantū ego coniicio non valde à νομίμους βαρβαρικῆς distare debebat: in eo enim præter varios mores, & viuendi ritus, multa etiam quæ ad glossas pertinebant legebantur. Glossæ igitur, vt docebamus, non tantum barbarorum; sed etiam quorumcumque externorū vocabulorum ἑξηγήσεις erant, cuius argumēti Dorotheū quendam libros composuisse, nobis testatum reliquit Photius Patriarcha in bibliotheca sua, cum à selecta commendat Dorothei τὰ αἰεί τῶν ξένων εἰρημῶν λέξων, vno verbo αἰεί γλωσσῶν. Ex aliquando permixtim omnia externa, & barbara vocabula quæ legebantur nō tantum apud poëtas, oratores, historicos, sed & philosophos, medicos, aliarūmq. scientiarum διδασκαλούς indiscriminatim, & confuse continebant: quale videtur fuisse opus illud Dorothei. Aliquando poëtarum tantum, aut oratorum, vel philosophorum diuissim & separatim, qualia erant Ptolemæi τὰ αἰεί τῶν ποιητῶν ξένων εἰρημῶν à Suida laudata. Reliqui qui αἰεί γλωσσῶν libros composuerant, vt Clitarchus, Nicander Colophonius, Hermonax, Seleucus, Philetas, Philemon, Timarchidas, Amerias Macedo, Philoxenus, Callimachus, Pamphilius, Democritus, Simmias Rhodius, à Suida, Etymologo, Hesychio, & Athenæo laudati, non tantum τὰ ξένων εἰρημῶν collegerant in glossis

fuis, vt video plerisque persuasum, maxime Poly-
 math. autori, sed & obscuriores, difficiliores, magis
 abstrusas, ac minus vsitatas voces cuiuscumque ge-
 neris, vt fidem facere possunt multa, quæ ab Athe-
 næo, etymologo, Hesychio, & aliis illorum auto-
 rum laudantur fragmenta, quorum quædam
 postea à nobis referentur. Vnde glossæ nō tantum
 externorum vocabulorum, & peregrinarum vocū
 interpretationes erant, verum etiam Græcarum &
 quarumlibet aliarum, dummodo difficiles & mi-
 nus in vsu essent. Galenus in interpretatione glossa-
 rum Hippocratis, quod opus subiectū est Erotiani
 Lexico, ὅσα τῶν ὀνομαστικῶν ἐν μὲν τοῖς πάλαις χρόνοις ἰδι-
 σμῶσι· νῦν δὲ οὐκέτι ὄντι, τὰ μὲν τοιαῦτα γλώσσας καλοῦσι.
 Voces, inquit, priscis temporibus vsitatas quæ nūc
 in vsu esse desiere glossas vocant. Quintilianus lib.
 pri. cap. pri. *interpretationes lingua secretioris, quas*
Græci glossas vocant, & cap. 8. glossemata, id est, voces
minus vsitatas. Aristoteles lib. de arte poëtica, dum
 de nominum differentia & diuisione agit, nomi-
 num alia κύρια esse ait, alia γλώττας: κύρια μὲν οἷς χρῶν-
 ται ἕκαστοι, γλώττας δὲ οἷς ἔπει. Vnde idem nomen, &
 proprium & glossa esse potest: sed non eidem po-
 pulo, verbi gratia σίγμων quod est iaculi genus ὀλο-
 σίδεον (vt loquitur Hesychius apud quem σίγμων
 pro σίγμωνι, vel σίγμωνι legitur) Cypriis proprium no-
 men & peculiare est (quicquid enarratores Apollo-
 nij Rhodij dicant, cum ad quartum Argonaut. cō-
 mentantur. ἐστὶ γὰρ τὰ σίγμωνις εἶδος δόρυτος πρῶτον μὲν
 παρ' ἡμῶν.) Græcis verò γλώττα, id est ἔκρινον: sic enim
 hæc

hæc interpretari debes ex autoritate ipsius Aristotelis, qui eodem de arte poetica libro, ait *Ξοικῶν δὲ λέγει γλῶττιον, καὶ μεταφορὰν, καὶ ἐπέκτασιν, καὶ πολλὸν ὁ ποιεῖ ὁ κρείων*. Ex quibus apparet glossas barbarorum primò, deinde peregrinorum omnium, sensim vero obscuriorum & non vsitatorum vocabulorum interpretationes fuisse. Quarum autores glossographi dicebantur, vel *γλωσσῶν ἐξηγηταί*, vltimo enim tandem factum est, vt cum vocabula alicuius autoris difficilia & minus vsitata interpretarentur, glossarum huius, vel illius authoris *ἐξηγήσεις* componere dicerentur. Vt ex antiquissimis innumeros comperimus, *ἐξηγητικά* composuisse. Clidemus, & Anticlides, ab Athenæo, & Harpocracione, *ὡς ἐξηγηταῖς* laudantur sæpissime, sed Anticlidis nomen corruptissimū est in Harpocracione, vt à nobis demonstratum est in lectionibus nostris. *Ἐξηγητικά* illa à recentioribus *λέξεις* dicta fuere, de quibus agemus postea, Hebræi vetustiores *מגן* vocarunt eiusmodi scriptorum genera, quasi *סגולות*, ob dictionum *ע' סגולות* ordinem. Præter Clidemum autem & Anticlidem, laudantur in monumentis antiquorum *ἐξηγητικά* aliorum, sed addito autoris nomine quem explanarūt. Porro illud monitos iuuenes velim, in *ἐξηγηταῖς* antiquorum illorum Clidemi & Anticlidis, non tantum voces antiquas & obsoletas explicatas fuisse, sed etiam mores priscos, instituta, & ritus, *πύργια*, & *νόμιμα*, vt patet ex Athenæo & Harpocracione multis locis. Illud quoque sciendū est Clidemū præsertim *ἐξηγητικόν*, oratione numeris

adstricta scriptum fuisse, quomodo & Philetas, & Nicander opera sua instituerat. Laudatur apud etymologum, Apollonius ὁ ἐξηγητὴς τῶν Ἡροδότηου γλωσσῶν, v. σφιστὴς & κωφός. Exstat etiamnum brevis quædam collectio τῶν Ἡεροδότηων λέξεων, quæ à magno illo Apollonij opere truncata & diuulsa videtur, vt ex arbore surculus. Laudatur præterea apud eundem etymologum v. ἀμπωσις, Herodianus ὁ πρὸς τὴν ἐξηγήσιν τῶν λέξεων Ἰπποκράτους, id est τῶν γλωσσῶν. Quod opus non valde dissitum fuisse suspicor ab Erotiani τῶν περὶ Ἰπποκράτους λέξεων synagoge, quam hodie beneficio Henrici Stephani habemus cum ἐξηγητῇ τῶν Ἰπποκράτους γλωσσῶν à Galeno confecta. Quod autem glossographi vocarentur iidem illi τῶν γλωσσῶν autores, docet eruditissime duobus aut tribus locis Harpocraton noster: primò v. κῆπιαις, vbi glossographorum quosdam censuisse refert κῆπιαι, indusij genus esse masculini, alios vero feminini. secundò v. σφραῖς & φισαί, in quibus glossographi laudantur: vt apud etymologum v. ἀγέρωχος, & ἱερὸν τέλος. Citat etiam Eusthatus Iliad. α. γλωσσημαπικῶν autores, vt Atteij Philologi glossematorum libros Festus v. Ocrem, Varro tertio de lingua latina, Charisius & Diomedes grammatici lib. 2. sæpius veterum glossas citant: quæ qua forma, quo pacto, & ordine compositæ ac digestæ fuerint, tum apud Græcos, tum apud Latinos, ex paucis quæ in medium afferemus exemplis apparebit. Ego non dubito Lucij Cincij libros de verbis priscis, Santræ de verborum antiquitate, Cloatij Veri, &

Hypficeratis verborum à Græcis tractorum συλλογῆς, à Gellio & Varrone laudatas, in modum & formā glossarum fuisse conceptas; quamuis aliter existimasse mihi compertum sit autorem Polymath. qui hos omnes autores inter λεξιλογάφοις recensuisse videtur sine iudicio, & discrimine: vt in græcis multos inter γλῶσσογράφους qui nihil minus quam glossas composuerāt. Hæc si nos ordine distinxerimus, vnāque probauerimus tandem Lexica glossas fuisse complexa, fidem nostram liberaturos, & studiosis omnibus rem valde gratam & vtilem facturos esse audemus nobis polliceri. Glossarum variæ differentiz & discrimina, vnus enim separatim gentis barbaræ, aut plurimarum simul voces interpretabantur: vnāque obsoleta, & minus vsitata apud autores quoscunque verba explicabant, vt ex Glossariis illis quæ nobis supersunt facile colligere licet, in quibus & vocabula rariora, & voces inusitatae explicantur: maxime in glossis illis quæ sub Isidori nomine circumferuntur; In Papia vocabulista cuius opera doctorum manibus quotidie teruntur, & in glossario Arabico-latino, quod exstat in editione glossariorum Bonauenturæ Vulcanij. Cuius generis ego vidi Ansileubi cuiusdam Gothorum Episcopi glossarium erutum ex veteri codice bibliothecæ Moyfaciensis, in quo multa Gothorū aliorūq. populorum barbara vocabula explicantur. Ita etiā in multis Europæ bibliothecis, tum priuatis, tum publicis, infinitos glossariorum autores exstare, & cum blattis ac tineis pugnare scio quæ, vt reliqua, plurima con-

tinent reconditæ & abstrusæ eruditionis. Si gentis
 vnius tûc propriè glossæ: vnde Hermonactis γλωσ-
 σαί Κρητικαί apud Athenæum, & Aristophanis γλωσ-
 σαί Λακωνικαί, Diodori γλώσσαις Ἰταλικαί, Artemidori,
 Aristophanis αἱ ὑπὲρ ξαφοιδίαι ὁψαρτητικαί γλώσσαι.
 At si plurimarum gentium tunc nō propriè glossæ,
 sed Lexica, in quibus cōfusè, deinde ordine alpha-
 betico non tantum γλώσσαις vnius gentis, imò innum-
 merarum, & verba quælibet obsoleta ac difficilia
 complexi fuere. Rem totam aperimus exemplis.
 Hesychij, Suidæ, & Etymologi opera, quid aliud
 præferunt quam Lexicorū species, imò quid aliud
 re ipsa sunt quam Lexica? & tamen quis ignorat in
 Hesychij præsertim & etymologi operib. innume-
 ras glossas contineri: vt in Suidæ sylloge & Pollu-
 cis ὀνομαστικῶ. Hesychius ὁ πρῶτος in hoc scribendi
 genere, præter multa parum vsitata, aut prorsus
 inusitata verba ex poëtis, & aliis scriptoribus eruta
 & deprompta, γλωσσηματικὰ multa habet non tan-
 tum Laconica, Argiua, Arcadica, Bœotica, Creten-
 sia, Salaminia, Macedonica, Thessalica, Tarentina,
 Syracusana, Sicular, Pamphyliaca, & eius generis
 alia innumera, sed etiam Ægyptiaca, Persica, Lydia,
 Scythica, Celtica, Hebræa, Chaldaïca, Phrygia,
 Barbara, aliarumque gentium vocabula, quæ nihil
 commercij habent cum lingua Græca: imò ei Bar-
 baræ sunt. Ex innumeris hæc pauca habe. ααδα αἰ-
 δνα Λάκωνες ὕπτιοι καὶ Αριστοφάνης αἱ γλώσσαις, puta Λα-
 κωνικαίς, supra enim vidimus ex Athenæo, Aristo-
 phanem grammaticum glossas Laconicas compo-

fuisse: Lacones egestatem Aada vocabant. *ἀναιμα*
πολλαχὴ χάρις, gratia multiplex: vox barbara & pe-
 regrina. *λας*, εἰς αὐτοὺς Βοιωτῆς, Βατοῖ cras *ἀας* dicūt.
Ἀβαρα ῥοδα Μαιέδδης, Rosæ apud Macedones *ἄβα-*
ρα dicuntur *Ἀβαθ*, διδάσκαλος Κύπριοι, Cyprij ma-
 gistrum vocant *Ἀβαθ*. *Ἀβάκης*, *ἄβαξ* ἄφρωνος, σιωπῆρος,
 ἢ ὄνομα *ἄρχιτεκτονικὸν* ὃ *Σκύθαι* λέγουσιν *αἰδρα* καλεῖν,
 hæc Oedippo opus habet. *Ἀβι*, ὑπὸ *Σκύθαις* ἔρη) *ἄβιε*
ἔβαλοι *Σκύθαι*, prius fortasse explicandū per poste-
 rius, *ἄβι* *ἄβιε* apud Scyrthas *ἔβαλοι* significat. *Ἀβίλ-*
τακα, *μνήμνη* Πέρσαι, Persæ memorem *Ἀβίλτακα* no-
 minant. *Ἀβλαβώιον*, σφραγὶς πλεχυμένη πρὸ *Αἰγυπτίους*, ἐκ
βίβλων *πρὸς* *κἀθαρσιν* ἔσται, Ægyptij funiculum ex Pa-
 pyro contextam ad purgandum *Ἀβλαβώιον* vocant.
Ἀβυτον *πλὺν* *δουλείῳ* *Ἀργείοι*, seruitus ab Argiuis *ἄβυτος*,
 alibi *βιορρόν* vocat *βιορρός*, inquit, *δουλεία*. *Ἀβραῖας*, *Κελ-*
τὶ τοῦ *Κερκοπιθήκης*, Celtæ Cercopithecus *Ἀβραῖας*
 nominant. *Ἀβωβάς* ὁ *Ἀδωνις* ὑπὸ *Περσῶν* melius for-
 tē *Περγαῖον*, vel *Περσῶν* à *Pergæis*, vel *Persis* *Adonis*
abobas dictus, *Ἀγαλλήπορα* *παῖδα* *Τυρρῆνοί*, Thyrræni
 puerum, *Ἀγαλλήπορα* vocant. *Βαβυλῶν*, οἶκος *θεοῦ*, lege
Βαβυλῶν domus Dei: Suidas optimè, *Βαβυλῶν* *θεῖος* *τοῦ* *θεοῦ*.
 Apud Hebræos scilicet *בית* domus Dei, *יהוה* enim
 apud illos domus, *יהוה* vero Deus: eadem forma illi
 dicūt *שמש* domus solis, ut apud Arabes *Βαῖσαμψα*
 domus solis, *Βαῖσαμψα* ciuitas in Arabia iuxta mare
 rubrum quæ Arabicè domū solis significat, *Stepha-*
νους, *Βαῖσαμψα* *πίλις* *ἐν* *τῇ* *Αραβικῇ* *κάλπτῳ*, *πρὸς* *τὸν*
Ερυθρὰν *θάλασσαν*, ὃ ἐστὶν οἶκος *Ἡλίου*. Idem *Stephanus*
Σαῖμψα *κἀμνη* *τῆς* *Αραβίας*, *σαμψα* δὲ *πρὸς* *τοῖς* *Αραβῶν*,

ὁ Ἥλιος, unde apud Epiphanium Σαμψαῖοι ἐρμηνεύου-
 παί Ἡλιακοί. Hebræi igitur σάμψις, Arabes, σάμψα solē
 dicunt, & domum solis βαῖθσαμψις Hebræi, Arabes
 vero βαῖθσαμψα, vides paritatem. Βασιήτης πρὶν Ἰνδῆς,
 ὁ στρατόπεδον βασιλέως ὁ στρατὸς, Indi castra βασιήτιον vo-
 vocant, exercitum vero βασιλίον. Βασιλῆς, ἀφ' ἐργάτου
 πρὶν Συρακούσας, apud Syracusios Venus Βασιλῆς di-
 στα. Βέκς, ἄρτος ἢ ἄβητος, Φρύγας: ἄβητος illud nō intel-
 ligo, quare corrigo ego αἰόνητος: ex ν & ο facile con-
 flari potest β, vt sæpissime in manu exaratis codi-
 bus duæ illæ litteræ inter se colligatæ sunt hoc
 modo νο. Phryges igitur autore Hesychio panē βε-
 κῶν dicunt, vel adhuc βέκς stultum potest signifi-
 care, idem Hesych. paulo post βέκς αἰόνητος. Quod au-
 tem Phryges panem sic vocitent, patet ex Hero-
 doti Euterpe, vbi integra de Psammethico Ægy-
 ptiorum rege, quinā primi hominū fuissent proba-
 re volente, historia refertur. Hunc consule vt & e-
 narratores Apollonij Rhodij ad illud 4. Argonaut.
 οὐτὶ δὲ πῶ Δαναῶν ἱερὸν ἦν ὅς ἑοι ἀχρόστα, Comici scho-
 liastem ad vocem βεκκιστέλλων, & Suidam ead. voce.
 Aduerte vero quosdam βέκ, quosdam βέκς, vel βέκ-
 κς scribere. Βένδης, ἢ Ἀρῆμις, Ἰσραηλῆς: πρὶν ὃ Ἀθηνῶν
 ἑορτὴ Βενδιδία. Diana, inquit, à Thracibus Bendis di-
 citur, at ab Atheniensibus Bendidia festum. Βίσαξ,
 ὁ βασιλεύς πρὶν Πέρσας, rex, Bistax apud Persas. Βα-
 λῶ, βασιλεύς Φρυγῆς, Phryges regem βαλῶν dicunt:
 barbara vox illa est Phrygū. Sextus Empiricus cap.
 17. lib. 1. ἐπὶ γὰρ οὐκ ἐπὶ τέχνης πρὸς μεμαθήτασιν ὅτι οἱ
 πρὶν τῆς Σοφοκλέους ποιήσεως ἰὼ βαλῶν λέγοντες, ἰὼ βασιλῶν

λέγουσι Φρυγίῃ, ἀλλὰ πρὶ ἄλλων ἀκούσαντες. Quæ verba à nobis eruta sunt ex codd. manuscriptis bibliothecæ regię. Adverte autem Hesychium, & Sextum Empiricum, ἰὼ βασιλῷ Phrygiam esse dialectum existimare, nam inuenio Euphorionem Thuriis hoc vocabulum tribuisse: autore scholiaste Æschyli in Persis. At ille ad hæc Æschyli ἡ ἐβασιλῷ, ἄρχαμος βασιλῷ, βασιλῷ ὁ βασιλὰς λέγεται: Εὐφορίων δὲ φησι Θερείῳ ἔῃ τιμὴ ἀφ' ἑλκετος, ὅτι καὶ βασιλῶσι ὄρεσ, ὅ ἐστι βασιλική, Plutarchus de fluminibus ad ea alludit cum in Sagari ita loquitur. πρῶτα κτεταί τῷ αὐτῷ ὄρεσ βασιλῶσι καλούμενοι, ὅπερ ὅστις μετρημὲν θύοι βασιλική, τιμὴ παρὰ σιγα εἶδη ἔχων ἀπὸ βασιλῶσι τῶ Γαργηίδας, καὶ Μηδισίτης παιδός. ὅτις γὰρ τιμὴ ἡνιόσθητα θασσάμερος ἀποτοπνέμερος τοῖς ἐγχωρίοις, καὶ βασιλῶσι ἐορτὴν κατήδξεν μύθῳ καλούμενοι. ἡνιόσθη δ' ἐπὶ αὐτῷ λίθος καλούμερος Ἀσπρ, ὅτις εἴδησι νεκτὲς βασιλίας, πρὸς δίκην χάμπεν τῶ Φηνοπύρε τιμὴ ἄρχῳ λαμβανόντες, παρὰ σιγα γρῦνται ἢ τῇ ἀφ' ἑλκετος τῷ ἐγχωρίῳ, βασιλῷ, ὅπερ μετρημὲν θύοι βασιλὰς, καθὼς ἰσχυρὴ Ἐρμηνεία ἐξ Κύπριος ἐπὶ β Φρυγία. Rursus Hesych. βασιλίας ἐορτὴ πρὶ Ἀσσορίοις, ὡς λέγει ὁ Ἀγαθαοδῶς ἐπὶ τείτω: Assyriorū festus dies quidā βασιλίας vocabatur, teste Leone Alabandæo in tertio operis sui. Βαβυλῶς πικεφαί, ὡς Φιλίππας, Ἀμερίας, βασιλίας. Laudantur hic duo glossographi Philetas, & Amelias, sed in reliquis dauus sum. Βαίνας, βασιλὰς πρὶ Ἰταλιώταις, οἱ δὲ, μέγας ἄρχων, Italiotæ regē Βαίαν vocant, alij vero supremum magistratum. Ράνα, ἄρρα Ρωμῆοι ἐάπαχον, Rana Romani, ἐάπαχος. Ραῖχος, ἑλλας: Ρωμῆοι ἢ β. γ. παρὰ δέντες, γράφει Φασί. Ergo vox

Græcus Romana descendit à voce *ράϊκος* Græca. *Ραμαί*, ὁ ὕψιστος θεός, rursus *ράμα*, ὕψηλὴ, hæc lucē accipiūt à verbis Philonis apud Stephanū v. *Λαοδικεία*, *Λαοδικεία*, inquit, πόλις τῆς Συρίας ἡ περὶ πρὸν λυβικὴ ἀκτὴ λεγόμενη, καὶ περὶ τούτου *ράματα*, κεραυνωθεὶς γὰρ οὗτος ποιμὴν ἔλεγε *ράματα*, τυττέσι ἀφ' ὧν οὗτος ὁ θεός, *ράμα* γὰρ ὁ ὕψος ἀθὰς, ὃ ὁ θεός. ἔτι Φίλων. Innumera alia ex Hesychio depromere possem, vt probare integros illum veterum *Γλωσσόγραφων* libros in Lexicon suum transfudisse; sed & lectori fastidium paterem, & nunquā dicendi & scribendi finem facerem, tot enim mihi sese offerunt commoda, & opportuna ad stabiliendam sententiam meam, vt ex his non dissertationem, sed integrum volumen conficere potis essem. Venio ad Etymologum in cuius opere, vt paucis multa complectar vocabula innumera, viginti-quinque aut triginta diuersarum nationum & populorum, qua afferuntur, qua glossematice explicantur. Illic legas voces Alexandrinorum, Apolloniatarum, Ambraciotarum, Arcadum, Arabum, Bithynorum, Bœotorum, Chiorum, Cnidiorum, Corinthiorum, Cretensium, Cypriorum, Cyrianorum, siue Cyrenæorum, Ephesiorum, Eretrienarium, Gortyniorum, Hermionenarium, Laconum, Lyciorum, Lydorum, Macedonum, Megarenarium, Melapiorum, Meseniorum, Nicaëntium, Oropiorum, Pamphyliorum, Pergæorum, Phrygum, Ponticorum, Rheginorum, Rhodiorum, Samiorum, Siculorum, Syracusanorum, Thessalorum, Thracū, Troëzeniorum, Italorum & Romanorum, Indorū,
Per-

Persarum, Phœnicum, siue Pœnorum, Syrorum, &
 Turcarum; è multis si pauca desideres audire, hæc
 afferetur exēpli gratia. Faddi apud Phœnices quod
 ex paruis & minutis ædificatum est significat, vnde
 autore Claudio Iulio *ἐν τοῖς Φοινίκαις ἱστορίαις*, Archai-
 lous Phœnicis filius Γάδμας ciuitatem nominauit
 Phœnicum dialecto: alia huius nominis deriuatio
 est, nimirum γάδμας in plurali dici, *ἄντ' τῷ γὰρ τῷ δα-
 μαί*, quasi γὰρ δαίμα: Γάδμας enim γὰρ ἔξοχ' ἔστι, sed ar-
 ridet prior. Δάμων Indi regem vocant autore Iuba,
 vnde Dionysius pater Δάμωνος dictus, quod Nyssa
 rex fuerit, sic vocatur ab Anacreonte *πᾶσι δ' ἐπι-
 βεβηκὼς Δάμωνος*, i verso in *ε* fit Δάμωνος: quomodo
 pronuntiant Samij, & contractione Δάμωνος, quo-
 modo Indi: hæc vera nominis Δάμωνος etymologia.
 consule voces Δάμωνος & Δάμωνος. Syri bouem *ἡνέδω*
 vocant, vnde Thebæ dictæ sunt quas Cadmus con-
 didit cum sororem quærenti, oraculum respondit
κατακλῆται ὅπου ἡ βῆς ἐκαστὴν καταθήσῃ, vel si nolis à
 Syro vocabulo dictas Thebas, saltem fatearis ne-
 cesse est sic vocatas à Thebe Metopes filia, Afopi
 vxore: à qua ciuitas & ciues, Thebæ Thebani, di-
 cti fuere, vt se legisse fateretur etymologus in scholio
 ad Pindari *ἑπὶ τῷ ὕμνῳ*, Agelæ Syracusano dictū.
 Alias scio Thebarum vrbis originationes & deriu-
 ationes à doctis quasitas, vt à Scaligero in Varro-
 nem de re rustica, & Casaubono in Athenæū quos
 consulēs, sed hæc autoritate non caret. *Κόβης* Per-
 sæ solem vocant, vnde *κόβης* Persarum antiquus rex
 Solis nomen habet, ita censet Orus apud Etymolo-

gum v. κρόσι, vide verba ἀγλαῖα, χρυσίον, ἐγκυροδύλημα, μέλις, ἀλέκτωρις, & alia. Τύδωνοι à Turcis τοπιθηται vocantur, vide vocem Τύδωνοι apud illum. Ἀζύω Phryges barbam vocant, vide verbum ἀζύω. Ἀκός medela ἄκ' τὴν ἀκλὴν, ἀκὴν enim proprie ferri acies, & ex illa medela ἄκος dicitur, vnde & medicū Phryges ἀκόςιν vocant. Orion autor apud Etymologū v. ἄκος. Palamedes etiam historicus ille qui Comico- rum voces in vnum cœgerat, & Lexicon Comi- cum cōposuerat, testatur apud eundē ἀρμάρι Phry- gum dialecto bellum significare vnde forte ἀρμάρι πικρὸν μέλις dictum fuerit, vide vocem ἀρμάριον μέλις. Susium vnguentum κρίνιον Græci vocant: Lilia enim quæ herbarij vulgo vocant *des martagons*, σούσαι vo- cantur à Phœnicibus: Phryges vero lilium σούσαι di- cunt, vnde Susa ciuitas fortè, ἡ πόλις ὅθεν ἐπιφυκίται κρίνον, nam σούσαι κρίνα dicuntur, vel ex eò quod sit equis idonea, σούσαις enim Syri equos appellant. Plura referre possem tum ab etymologo, & Hesy- chio, tum etiam à Suida, & Polluce perita: à Suida maxime quem certissimum est integrum Iulij So- phistæ opus, cuius epigraphæ sic concipiebatur ἐπὶ τῇ Πλαμίδου γλωσσῇ ἐπὶ βιβλίῳ ἐκείνῳ τοῖς descripsisse: Sed me alia vocant. Susceperamus de- monstrandum veterum glossas, earumque autores non ita à Lexicis, & Lexicographis distinctas, & di- uersas fuisse: quin aliquando in Lexicis multa quæ ad glossas pertinebant legerentur & inuenirentur: hoc à nobis satis diligenter peractum est, videamus iam quid discriminis esset inter Lexica, & glossas.

Lexicographos, & glossographos. Lexica quæ vulgo vocant dictionaria, vel peculiari aut priuatæ dialecto, & linguæ, vel scientiæ, arti & autori addicta erant, vel omnium gentium quorumlibet autorum omnium ferme scientiarum, & artium verba, siue ὀνόματα complectebantur. Si de priuata tantum aliqua dialecto, vel cuiusdam scientiæ verbis, aut auctoris vocabulis agerent, & quæ ex illis difficilia & obsoleta erant explicarent, non amplius Lexica sed glossæ erant: quod valde notandum est, ut sciât omnes discrimen quod constituere debent inter glossas & Lexica. Quod si omnes voces, & faciles, & difficiles, & vsitatas, & inusitatas, & remotas, & vulgares exponerent, tunc proprie Lexica erant: imo etsi tantum alicuius auctoris propria & peculiaris verba vel cuiusdam gentis, & populi loquendi genera, dummodo non vsitata minus, & obsoleta illa essent, colligerent, adhuc tamen Lexica componebant. Qualia ab ipso initio constructa fuisse verisimile est. Non enim statim atque Critici huic scribendi generi se applicuerunt, Lexica confecere, in quibus plurium dialectorum, plurium scientiarum, & auctorum voces explicarentur: sed vel vnica dialecto se addixere, vel vnico auctori, & scientiæ. Verbi gratia dictiones Atticas, alij tantum interpretati sunt, alij Doricas, alij Æolicas, alij Ionicas, alij cōmunes, alij diuersas dialectos, & linguas, ut Romanas & sic de reliquis. Ita legimus Philemonis Ἀττικὰ λέξεις, Longini Ἀθηναίων λέξεις ἐν πόλει, Alij Dionysij, Irenæi Ἀθηναίων ὀνόματα, apud Suidam. Ni-

candri Thyatireni, & aliorum *ᾠδὲ Ἀθηναίων ὀνομασίῃ* apud Athenæum & Harpocrationem. Aristophanis Grammatici *ᾠδὲ Ἀθηναίων ὀνομασίῃ* apud Erotianum v. *ἄμβω*. Laudat etymologus Irenæi Lexicon Atticum verbis *κόμψος* & *ὑπερέσιος*. Εἰρηνᾶος ὁ Ἀθηναῖος *ἐπὶ τῆς ποιητικῆς* laudatur, & Ister, *ὅτι τῇ συλλαγωγῇ τῶν Ἀθηναίων v. ἐπερεῖ καὶ ὄρου*: sed vereor ne opus illud potius collectio esset rerum Atticarum, quàm dictionum. Vide Harpocrationē hoc verbo, ex hoc enim fonte bibit etymologus. Viri docti Istri dictionum Atticarum collectionem citari illo loco apud etymologum existimauere: ego è contra. Vide quæ ad Harpocrationem notamus v. *ἐπερεῖ καὶ ὄρου*. Photius Patriarcha in bibliotheca sua, Ἐλίου Dionysίου Ἡλικαρνασσεῖς decem dictionum Atticarum libros commendat, vt & Pausaniæ Atticum Lexicón, quod idem fuisse existimo cum *συλλαγωγῇ Ἀθηναίων ὀνομασίῃ*, ab scholiaste Thucyd. lib. 6. v. *ᾠδὲ ἐκότησιν* *ἢ ᾠδῇ σωτα* laudata. Galenus testis est composuisse se de dictionibus Atticis XLVIII libros. Suidas Pollionis Alexandrei *Ἀθηναίων λέξεων συλλαγωγῇ καὶ ποιητικῇ*. Pacati *ᾠδὲ συνηθείας Ἀθηναίων καὶ ποιητικῇ*, Luperci Berytij *Ἀθηναίων λέξεις* nobis commemorat. Citantur Atticissimi sæpius apud Harpocrationem, sed illic legitur male aliquando *Ἀθηναῖοι* pro *Ἀθηναῖσμι*, Attici vel Athenienses apud Pollucē, & Etymologum. Mæridis Atticista laudatur à Photio, quem librum dicunt exstare in Vaticana summi Pontificis bibliotheca. Exstant etiam hodie Phrynichus & Thomas Magister de dictionibus Atticis, quorum alter,

Phrynichus nimirum à Nunnesio Hispano, & Hæschelio Germano illustratus fuit: Alter vero adhuc vindicem suum quærit. Philoxenus ἐν τῷ ὡς ἰαδὸς Διγλέκτου citatur apud Etymologum v. κυρὴ, & κρύαται. Laudat Athenæus libro 9. & aliis, Appionē quendam ὡς τῆς Ρωμαϊκῆς Διγλέκτου, Demetrium ὡς τῆς Αλεξανδρείας Διγλέκτου, & Moschi ἑξηγητῆς τῆς Ροδῶν λέξεων. Etymologus Irenæum ἐν τῷ ὡς ἰαδὸς Αλεξανδρείας Διγλέκτου, v. Πυθαρίδι. Philoxenum ἐν τῇ ὡς Ρωμαίων Διγλέκτου, v. Κορώτη. Aut vnius autoris verba suscipiebant explicanda & colligenda in vnum, vt legimus Appionem primum, & Apollonium Archibij filium, Homeri dictiones collegisse, Longinum libros ὡς τῆς ὡς Ὁμήρου πολλὰ σημαίνων λέξεων teste Suida: Cratinum epitomem τῆς Βασιλείδου ὡς Ὁμηρικῆς λέξεως teste Etymologo v. Σρίζηλος, apud quem etiam Lexicon Ἰλιάδης, & Lexicon τῆς αἰ Ἰλιάδης vv. Λάος, & Τάλαντον citantur. Erotianus in præfatione Lexici sui Aristarchum, Apollonium Citteium, Aristoclem, Bacchium, Philinū, Callimachum, Xenocritum Coum, Hippocratis vocabula interpretatos esse refert. Photius de Timæi Lexico, ὡς τῆς ὡς Πλάτωνι λέξεων, sic loquitur, αἰεργάθη Τιμαίης ὡς Γοργίου ὡς τῷ ὡς Πλάτωνι λέξεων καὶ σοιχείων, βραχὺ ποιημάτων ἐν εἰς λόγους. Audi eundem de Boëtho, αἰεργάθη δ' ἐν τῷ αὐτῷ πύχαι, καὶ Βοηθῶ λέξεων Πλατωνικῶν συναγωγῇ καὶ σοιχείων, πολλὰ Τιμαίης συναγωγῇ χρησιμώτερον, ὡς σφωδρῶς δὲ Μεγαλὴ πρὸς τὰ συναγμένα. Idem Boëthus teste Photio alterum opusculum conscripserat Athena-

goræ nuncupatum: cui titulus erat *ἑὶ τῶν ᾠδῶν*
Γράττωι ἀπορρυμῶν λέξων. Suidas Euagoræ libros
τῶν ᾠδῶν *Θυκυδίδου ἱστορικῶν* *καὶ λέξων* recenſet. Har-
 pocrationis Argiui Philoſophi *λέξεις*, *Πλάτωνος* *ὁ βι-
 βλίους* *δυοῖν*: Harpocrationis Gaij Sophiſtæ *ἑὶ τῶν*
Ἀντιφάνους ῥημάτων, *ἑὶ τῶν* *Υπερίδου καὶ Διοσίου λόγων*.
 Aut ſeparatim Poetarum Tragicorum & Comico-
 rum tantum voces enarrabant, vt Theo & Didy-
 mus, & Palamedes hiſtoricus *πρὸς κομικῶν λέξων συ-
 ναγωγῶν*, apud etymologum v. *ἀρμάττων μέλος*. Fertur
 Galeni liber ſingularis de vocib. quæ ſunt comicis
 propriæ: *Κομικῇ λέξις σύμμικτος*, apud ſcholiaſtem
 Apollonij Rhodii, pag. 210. edit. Henrici Stephani.
 Aut omnium poetarum ſimul, vt Pollio & Dioge-
 nianus de quibus. Photius. Aut hiſtoricorum vt
 apud Athenæum lib. 15. Parthenius *ἑὶ τῶν ἱστο-
 ρικῶν λέξεων*. Aut alicuius dicendi, & ſcribendi ge-
 n̄eris vocabula omnia in vnum componebant:
 quale videmus apud Photium laudari Lexicum *τῶν*
πολιτικῶν λόγων, συμμῆς ἰδέας, καὶ καθαρὰς ἰδέας. Certe Ga-
 lenus in ſyllabo *τῶν ἰδίων βιβλίων*, teſtatur ſe ſcripſiſſe
 libros quinque *τῶν πρὸς Αἰſοφάνῃ πολιτικῶν ὀνομά-
 των*, libros tres *τῶν πρὸς Εὐπόλιδι πολιτικῶν ὀνομάτων*,
 libros duos *τῶν ᾠδῶν Κρατίνου πολιτικῶν ὀνομάτων*. Tra-
 quillus quidam librum *ἑὶ βλασφημιῶν*, compoſue-
 rat laudante etymologo. v. *Ἀρχιλύπαρος*. Suidas il-
 lius libri aliter concipit epigraphem, *ἑὶ δυσφή-
 μων λέξεων ἢ τῶν βλασφημιῶν*. Cuius argumenti etiam
 Lexicon compoſuiſſe Phrynichum Arrabium re-
 fert Photius, cum opus illud magnum *σοφιστικῆς*

Ἐγκύκλιος, triginta septem libris constans, ita diuisum fuisse, & ordinatum asserit: vt vocum aliarum oratoribus tribuerentur, aliarum historicis, aliarum familiari aptarentur sermoni, nonnulla etiam vocabula conuitiis subseruirent, & amatoriiis suauitatibus. Eulogius scholasticus *ὡς δυσκλίτους ῥήματα* apud Etymologum v. *ῥέω* laudatur. Aut rhetorum simul omnium voces componebant in vnum: quomodo Zozium Gazam refert Suidas *λέξεις Πρωτοκλαίης καὶ Πρωτοκλαίου* collegisse. hinc Lexica illa rhetorica toties apud Eusthatium & Etymologum laudata: Cauendum enim est ne cū apud illos autores Lexica rhetorica citantur, vt apud Eusthatium semper *Λέξεις Πρωτοκλαίου*, vel apud Etymologum, *Λέξεις Πρωτοκλαίου καὶ δευτέρου καὶ τρίτου*, de Harpocratonis Lexico mentionem fieri existimemus, de aliis Lexicis loquuntur autores illi, quæ non tantum vt Harpocratonis dictionarium ex decem rhetorum maxime orationibus collecta erant, sed omnium quotquot extiterant, voces & loquendi modos complectebantur. Hoc certissimum est vt testantur infiniti loci in quibus Lexica illa rhetorica citantur, vbi de nullo vocabulo agitur quod apud Harpocratonem inueniatur; si quædam excipias, quæ in Etymologo leguntur ad Harpocratonem pertinentia, & ex eius Lexico eruta, quod monemus nos multis in locis notarum nostrarum Laudat præterea Etymologus Philonis cuiusdam *Πρωτοκλαίου Λέξεις* v. *ῥήματα*. Aut decem rhetorum coryphæorum voces ordine alphabetico colligebant tantum. Decem.

rhetores primi illi sunt quorum vitas Plutarchus composuit, vnde sua expiscatus est Photius, de quibus diserte Quintilianus lib. decimi, cap. pri. *Sequitur oratorum ingens manus, cum decem simul Athenis ætas una tulerit: quorum longe princeps Demosthenes ac pene lex orandi fuit.* Alij fuere secundi decem rhetores, è quorum numero recensere possumus Nicostratum illum Macedonem rhetorem, qui tempore Marci Antonini vixit, Aristidis, & Dionis Chrysostomi Coætaneum, vt & Papiniani Iurisconsulti, quem consuluisse super donatione sibi à quodam *μωδῶν* suorum, cui nomen Aquilius Regulus, facta, patet ex l. 27. Aquilius Regulus De donationibus. D. Nec tibi persuadere debes de decem primis rhetoribus loqui voluisse Suidam, cum ab Antipatro hac eadem voce, petitos fuisse *τοὶ δὲ τρεῖς ῥήτορες* asseuerat. Illic enim tres tantum è legitimis decem rhetoribus primis numerantur, Lycurgus, Demosthenes, & Hyperides: reliqui potius demagogi quàm oratores. Præterea Ister, & Duris, apud Plutarchum in vita Demosthenis, referunt non ab Antipatro, sed ab Alexandro petitos fuisse demagogos illos, quos numero fuisse octo tantum dicunt. Ex sententia quorundam auctorum, decem quidem fuisse certissimum est: sed nemo quod sciam præter Suidam, Antipatro tribuit, quod Alexandro concedendum erat. Aut igitur peculiariter decem illorum rhetorum verba interpretabatur & res, quale opus Phrynichum, *τὸ ὅτι τοὶ δὲ τρεῖς ῥήτορες λέγεσθαι* reliquisse restatur Suidas, qualia etiam legisse se asserit Photius, Iuliani,

Iuliani, Philostrati Tyrij, & Diodori Valerij Λέξι-
 κα τῶν πρὸ τοῖς δέκα ῥήτοροι. De quibus illum consu-
 le diligenter. Suidas verbo Πωλίω Valerium Dio-
 dorum Teleclei discipulum & Pollionis philoso-
 phi filium, ἐξήγησιν τῶν ζητουμένων παρὰ τοῖς δέκα ῥήτοροι
 composuisse testatum reliquit. Damus nos etiam-
 num hodie Harpocratonis Λέξις τῶν δέκα Ῥητόρων:
 sic concipitur. epigraphe huius libri in omnibus
 manu exaratis codicibus, Suidas habet λέξις τῶν δέ-
 κα ῥητόρων, nam quod subiungit de αἰθηρῶν στυγα-
 γῇ, aliò pertinet, vt latius demonstrabimus in præ-
 fatione notarum nostrarum. Describere autè fer-
 me integrum istud Lexicon Suidas & etymologus,
 truncatis vt plurimum. & resecatis rhetoricorum
 operum ὑπογραφαῖς, & autorum nominibus, è quor-
 um monumentis vocabula quæ explicantur eruta
 sunt. Quod vero de Iuliani decem rhetoricorum Lexi-
 co prædicat in bibliotheca sua Photius, nos de Har-
 pocrationis nostri Lexico vulgò vsurpare solemus,
 Ερμηνεύειν scilicet illud, τῶν πρὸ Αθηνάσιος ῥητῶν τὰ ὀ-
 κτώμια, ὃ ἐστὶ κατ' ἰστέον ἰδιόχουσαν ἀδελφὴν οἱ ῥήτορες πα-
 ρέληφασιν, ἢ κατὰ τὴν πάτριον ἔθος ἀποχρίσασθαι. Aut de-
 nique ex omnibus his peculiaribus Lexicis de qui-
 bus iam egimus, magnum aliquod opus compone-
 bant: in quo complectebantur diuersarum gentiū,
 diuersorum autorum, tum Rhetorum, tum Philoso-
 phorum, tum Historicorum, tum Poëtarū voces, &
 omnium scientiarū ac artium verba. Vt Helladij Le-
 xicon, quod nobis tam magnæ molis expressit Pho-
 tius, vt illud Lexicorum πολυσχότατον vocet, maxi-

A A A

num dictionariorum. Integrum opus quinque fustis voluminibus contineri non poterat, ideoque asserit Photius se illud in partes septem diuisum natum esse. Suidas Helladium illum Alexandream grammaticum tempore Theodosij iunioris viguisse, & λέξεως πομπῆς χάριν καὶ ποιχείων composuisse narrat. Vnus ille est e quorum scriptis Suidæ Lexicon collectum fuit. Pamphilus etiam composuerat λεγόμενα λέξεων ποιχείων ὡς εἰς οὐλοῦν ἐκείνηντα πέντε; opus illud nonaginta quinque libros complectebatur, verum ab elemento εἰς vsque ad ω Pamphili tantum collectio erat, ante illum enim Zopyrio quidam ab αἰ vsque ad εἰ opus digesserat. Laudatur adhuc apud Suidam Eudemus rhetor ὡς λέξεων καὶ ποιχείων, laudatur & Cæcilij Siculi ἐκλογὴ λέξεων καὶ ποιχείων: Longinus Cassius ἐν λέξεσι καὶ ποιχείων. Legimus apud Suidam Eugenium Αὐγουστοπώλεως τῆς ἐν Φρυγίᾳ περὶ μνηστῆρ λέξεων καὶ ποιχείων reliquisse, de hoc Stephanus, siue potius eius epitomator & mutilator Hermolaus Bizantius v. ἀνακτόρεια. Εὐθύμιος (inquit) ὁ παρὰ ἡμῶν τῶν ἐν τῇ Βασιλείᾳ σχολῶν διδασκάλους, ἐκ συλλογῆς λέξεων. Suidas laudat Palamedis ὁμηροπόλεον, Diogenes Laërtius Zenonis & Posidonij ὡς λέξεων libros, Erotianus verbo ῥαῖσιν, Artemidorum ὡς λέξεων. Apollonius ῥήτων composuerat tanquam dictionarium, quod notatur à Zenobio teste etymologo v. αἰνῆσαι. Confecerat & Georgius Chæroboscus ῥήματα, quod laudatur ab etymologo v. ὁρῆσαι. Citatur & apud illum Clitarchus Ἔγινετα Δεξιχυρῆστος, v. γλῶσσοις Demetrius pugil ἐν παύ

πει δ' ἀλέκτου, v. μάλα. Aristocles εἰς τὴν πει δ' ἀλέ-
 κτου v. κύμα. Diogenis Lexicon vv. ἀλαβαστρον, δακτυ-
 μύρες, δράξων: Herodianus εἰς ὀνομαστικὰ, v. παρὰ κῆδαν-
 τας. Hesychius grammaticus Alexandreus in episto-
 la ad Eulogium socium suum, refert Diogenianum
 quendam diligentissimum & versatissimum homi-
 nem, post Appionem, Aristarchum, Heliodorum,
 Apollonium, Didymum, Theonem, aliisque præ-
 claros viros, omnes quæ inueniebantur in operibus
 illorum voces collegisse, simulque ordine alphabe-
 tico direxisse, non tantum Homeri, Tragicorum,
 Comicorum, & Rhetorum dictiones, sed etiam eas
 quæ apud Medicos, Historiographos, leguntur:
 nullamque ex veteribus dictionibus, & iis quæ té-
 pore quo vivebat inuentæ fuerant, & de nouo cõ-
 positæ prætermisisse: in principio etiam vniuscui-
 usque, præposuisse illum trium aut quatuor ele-
 mentorum ordinem, quo facilius quæ quærere vel-
 lent verba lectores & expeditius inuenirent: & tan-
 dem quæcumque nancisci prouerbia potuerat vna
 retulisse, inscriptione hac voluminibus suis adhibi-
 ta *παιδείῃ χρησιμὴ*, ac si non diuitibus solis, sed & pau-
 peribus illa inferuire, & instar præceptorum esse de-
 berent. Post illum ipsemet Hesychius in hoc scri-
 bendi genere Græcorum doctissimus, gloriatur se
 comparatis Aristarchi, Appionis, Heliodori volu-
 minibus, vt & Diogeniani quæ primum & maxi-
 mum *πλεονέκτημα* dici poterant, hæc omnia pro-
 pria manu descripsisse *μὲν πάντες ὀρθότητος, ἔνθα ἀκριβε-
 αῖτες γράφῃς*, iuxta Herodiani grammatici normas,

nullamque quæ in illis legeretur dictionem reli-
quisse, imò multas quæ non exstabant, nec legebā-
tur illic addidisse: & Lexicon suum hoc pacto com-
posuisse, datis de nouo parœmiarum hypothesi-
bus (prouerbia enim Diogenianus *ψιλλὰς καὶ αὐτὸ ὑ-
ποθέσεις* in operib. suis retulerat teste Hesych. quod
tamen falsum esse apparet ex eius prouerbiis recēs
editis ab Andræa Schotto doctissimo viro, in qui-
bus præter hypotheses, multa alia quæ ad prouer-
biorum explicationē plurimū conferunt, contineri
nemo negare ausit.) Et additis dictionib. quamplu-
rimis autoritate carentibus, idest nomina autorum
qui vsi illis erant nō habentibus, nec inscriptiones
librorum è quib. exhaustæ fuerant. Reliquerat etiā
idē Diogen. multas *πολυήρεις*, in explicatas & inta-
ctas, nō adhibitis autorū testimoniis ad demonstrā-
das diuersas illarum significationes, quæ omnia ex
sequutū esse se testatur in præmio Lexici sui He-
sychius. Quare frustra sunt illi qui adhuc quærunt
hypotheses prouerbiorum, quas pollicetur, exstant
enim in eius Lexico permixtim & coniunctim ubi-
cumque prouerbiū affertur. Equidem in eo opẽ-
re memini tantum in quædam prouerbia incidisse
me, quæ nullam habent hypothesem. hæc indicata
sunt a nobis in notis v. *ἐπακέρχλης*, sicque habent
*ἐπακτεῖς. παρομίαι δίδναι μὲν εἰς ἐπακτεῖων λεγέει δὲ μὴ.
καὶ οἱ κινητοὶ ἐπακτεῖς. Η. χέρχ τινὲ ἀμπελον.* Quin alia
multa etiam sine hypothesibus allata sint non du-
bito, quæ quisque pro diligentia & studio notare
potuit. Consule prouerbiū *ὁρὸς ὄρχος*, quod etiam

hypothese indiget. Post Hesychium Suidas magnā illam veterum Lexicorum syllogem confecit, quæ nunc exstat. Suidas inquam cuius proprium nomē doctos quosdam viros iam pridem male mutasse in latinum nomen Sudas, vel Sudines, autoritate Plinij motos, eruditissime monuit πολυμαθίστος Casaubonus in notis ad Laërtium Diogenem ex Eustathio. Nos præterea ut illius herois opinionem confirmemus, & Suidæ nomen verum ac legitimū conseruemus, neq; cogamus illum mutare parriam, assuecramus certo certius esse Suidam eum debere vocari. Ita apud scholiastas Apollonij Rhodij Σύδας quidam laudatur. *ὁ πρὸ Θεσσαλικοῦ*, & alio loco Σείδας *ὁ Θεσσαλικός*, rursus Σείδας *ὁ Αἰσιδέλης οἱ πατρὶς Εὐβοίαν πτωχὰ ματθιδῶσι*, unde apud Hesychium restituendum est ex coniectura nostra, in v. Πυρράια. Σείδας pro Σείλας, Πυρράια, inquit, *ἄθος ὁ Δωτῆς, οἱ δὲ Πυρράια τῆς Θεσσαλίας λέγονται ἀπὸ Πυρράς τῆς Δωκεαίας τοῦ, ὡς Σείλας*, lege Σείδας. Suidas enim rerum Thessalicarum scriptor, ut vidimus ex enarratoribus Apollonij. Hermolaus Byzantius, Stephani epitomator v. *ἄμυρος*, Suidam etiam nobis quendam commemorat qui Genealogias composuerat. Ego non dubito quin loqui voluerit de Suida rerum Thessalicarum scriptore, cū de Amyro Thessaliæ ciuitate verba faciat, quæ secundum Hesiodum Δωτῆς *ὁ πεδῶ*, ut Πυρράια sita erat. Δωτῆς *ὁ πεδῶ πολυβόπυος αὐτὸς Ἀμύροιο* (ait Hesiodus.) Σείδας δ' *ὁ γενεαλογίας* (ait Stephanus). *ὅτι ἔστι ἐκαλουμένη Ἐορδαίῳ τε γινεῖται δὲ Δελέγας οἱ αὖτε καὶ Κένταυροι, καὶ Ἰππο-*

καὶ τῶν ἐν τῇ πόλει Ἀμυνικῶν καὶ. Meminit &
 Suidæ cuiusdam Strabo. Quis igitur dubitabit am-
 plius Lexicographum illum vere & germane Sui-
 dam appellare non Sudam aut Sudinem, vt puta-
 uere præcipui quidam in relitteraria viri, nemo bo-
 nus opinor aut veritatis amans. Videamus de eius
 Lexico an quædam digna relatu in medium pro-
 ferre possimus. Moncbamus supra opus illud nihil
 aliud esse quam syllogem dictionariorum, quorum
 auctores in ipsa epigraphe, & in ipso limine recen-
 sentur, à Suida monacho quodam confectam, in
 qua vt lectitando & vigilando comperimus & di-
 dicimus, magna pars scholiorum, quæ in Tragicos
 & Comicos circumferuntur continetur. Pauca le-
 guntur apud scholiastem Aristophanis quæ relata
 non sint in hoc Suidæ dictionario: immò sic ego iu-
 dico, vel scholiastem illum à Suida, vel Suidam ab
 scholiaste integras illas enarrationes descripsisse.
 Itaut non parua hinc oriri possit quæstio an Suidas
 ab scholiaste, vel scholiastes à Suida sua mutuatus
 sit, quam citò & expedire ego dissoluerim, si quæ
 referuntur ab scholiaste in illa Pluti ἡ γλῶττα τὰς
 κήρυκι spuria non sint aut illegitima, & non in tex-
 tum glossographi irreperierint. Citatur illic Eustha-
 tius ἐδν. γ. Atqui Eusthatus post Suidam vixit, vt iam
 ab omnibus chronologis monitum est, ergo non
 Suidas ab scholiaste, sed scholiastes ab illo sua de-
 prompsit, cum si, vt diximus, illa non irreperierint
 è margine in textum enarratoris, post ipsum Eu-
 sthatium vixerit, quod profecto mirum videri de-

bet, ex glossographis enim qui nobis in Poetas super-
 sunt, post Apollonij Rhodij Glossatores Lucil-
 lum, Tarræum & Sophoclem, & Theonem (quos
 ex scholiaste Aristophanis ad Nubes v. *βενκεσιλέως*,
 Apollonij Argonautica commentatos esse scimus)
 nulli exstant tam antiquæ nec tam bonæ notæ. Ve-
 rum, ut nos quidem odoramur, illo loci apud scho-
 liastem Comici quædam *ἀντιμῆα* leguntur ab ine-
 pto quodam Græculo adnotata, quæ nec in ipsa
 veteri Aldi editione inveniuntur. Cōsule Suidam in
 his verbis Comici, *ἡ γὰρ ἡ δὲ ἀντιμῆα*. In notis nostris
 sæpius animadvertimus & demonstramus quomo-
 do integræ notæ, & integræ scholia, ne mutata qui-
 dem syllaba, & apud Suidam, & apud scholiastem
 Comici legantur, quare ad eas te remittimus. Scio
 quid de Suida, cuiusque scriptis, censuerint ante nos
 viri docti Politianus, & Lilius Gyraldus dialogo de
 Poetis 3. Sed illa non nos memorentur, nam assene-
 rare nullum vnquam fuisse Suidam cum Politiano,
 vel ut alij censent, si fuerit. Papæ Catholico, aut
 Isidoro Hispalensi illum conferre, vel adinstar Gy-
 raldi Suidas omnes confundere & mixticum &
 Lexicographum, hoc est plane nugari & somnia-
 re, sed non in bicipiti Parnasso. Post Suidam de-
 nuò opus aliud concinnauit eiusdem generis Vari-
 nus Phanorinus Cameris vir doctissimus, & versa-
 tissimus in Græcis, non ita tamè diligens, quia quos
 offendit in Suida, Hesychio, & aliis Lexicis errores,
 hos omnes retinuit, simulque in vnum coegit. Idem
 nullum alium vsum, & leuamen Lexicon illud va-

stum studiosis adolescentibus præstare possit, præter novas quasdam vocabulorum explicationes, quas è Lexicis quæ nondum sunt luce donata, seruanturque in bibliothecis, retulisse illum verisimile est. Atque hæc de Lexicis in præfens mihi dicenda videbantur ingratiæ studiosorum, quorum laboribus & studiis si opis aliquid & auxilij latum sit his quæ à nobis breuiter hæc dissertatione tractata sunt, non omnino nos luisse operam existimabimus. Porro quia tres Grammaticæ partes fecimus, *ἡτοιμασθῆναι* siue *ἡτοιμασθῆναι*, *ἡτοιμασθῆναι* siue *ἡτοιμασθῆναι*, & *ἡτοιμασθῆναι*, iamque actum est à nobis de duabus prioribus methodica leuiter, & exegetica satis exacte, vt omnibus numeris cõster hæc nostra tractatio, quædam de Critica subiungemus, id est de iudicio: ita enim inter se connexæ sunt tres illæ partes, vt quâuis rudi & crassa Minerua has ita disiunxerimus, nulla tamen, illarum sola possit considerari: vt in homine corpus & anima. Corpus enim sine anima, & anima sine corpore rectè potest concipi syncrè ac purè. In Grammatica vero methodus & historia, sine iudicio intelligi nec separatim considerari possunt, vt nec iudicium sine methodo & historia: sic enim sunt inter se hæc cõglutinata, vt quæ admodum medicinæ tres esse partes nemo negauerit, victus rationem, Chirurgiam, & medicamentorum exhibitionem, quæ tamen ita inter se coherere debent, vt nec virtus ratio considerari possit, sine medicamentorum exhibitione & Chirurgia, nec Chirurgia & medicamentorum exhibitio, sine victus ratione.

zione. Ita etiam in Grammatica methodus, historia vel exegesis, & iudicium, quæ tres partes constituunt, nullo modo considerari possunt purè & sincerè, (siue ut loquerentur philosophi) in abstracto, imò semper in concreto intelligi debent. De Critica igitur hæc aliud agentes, in fine huius tractationis addemus, tum ut nostram liberemus fidem, tum etiã ut si quod in illam prauis & imperiti quidam odium contraxerunt, illud deponere incipiant, parergonque istud vice protreptici sit omnibus qui sanam mentem potiuntur, ad scientiam hanc amplectendam, sine qua nemo bonus unquã sperare auit, se quidquam in humanioribus litteris, & quibuslibet scientiis certi ac constituti affecuturum. *Κριτικὴ* quæ propria ac præcipua Grammaticæ pars est *ἰδρυμένη ἐν τοῖς ῥηματικῇς*, (ut loquitur Sextus Philosophus) Poëtas & quoscumque alios scriptores considerat, maximèque circa tria versatur, circa obscurè dictorum explicationem, bonorum & sanorum iudiciũ, & verorum germanorũque ab adulterinis distinctionem. Quæ vltima pars ei ortum & originem dedisse videtur, antequam enim corruptæ fuissent librorum inscriptiones, & spurij monstrosique factus pro legitimis & germanis supponi cœpissent, vix in usu Criticam fuisse satis compertũ est. Arqui certissimum puto, ante tempora regum Alexandriæ, & Pergami, nullum opus falso inscriptum fuisse, imò ipsorum tempore eiusmodi viguisse corruptendorum, & *ἡλικίαν* librorum libidinem, ob *ἡλικίαν* quæ inter illos erat cœmendorum li-

brorum, quicnim libros ad instruendas regum illorum bibliothecas vndiquaque ferebant, cum viderent antiquorum autorum præcipuè volumina maiori pretio vñire, & contra aurum cara esse, sæpissime epigraphas voluminū corrumpebant: ita ut si nouus & recens esset ille autor quem comparauerant sibi, mutata epigraphæ statim pro vetere & antiquo venderent. Autor Galenus Commentario primo in librum Hippocratis de natura humana. Περὶ γὰρ τοῦ ἐν Ἀλεξάνδρῳ τῇ ἐν Γερζάμῳ θνείας βασιλεῖς, ὅτι κτὶ παλαιὰ βιβλίον φιλοτιμηθέντες, οὐδέπω ψευδῶς ἐπιγράψαντο σὺν ἑσθμῇ, λαμβάνει δ' ἄρχαίαν μὲν τῇ κομιζόντων αἰσῖς συγγραμματα παλαιὰ ἡὺς αἰσῖς, οὕτως ἔδει πολλά ψευδῶς ἐπιγράφοις ἐκμῆρι. Ad quæ adlusit Dio Chrysostomus oratione de Pulchritudine, πάντως γὰρ πῦ (ait) τῶν βιβλιοπολῶν πρὸς αἰσῖς, ἀλλ' ἢ δὲ τῶν ἐμὲ ἐρωτᾷ. ὅτι εἰδότες τὰ ἄρχαία τὰ βιβλία ἀποδεικνύμενα, ὡς αἱμοιογενήματα, καὶ ὡς κρείττους βιβλίους, οἱ δὲ φανότατα τῶν τῶν καλῶς εἰς αἰσῖς, ὅπως τῶν γράμμα ὁμοία ἦνται τοῖς παλαιῖς, καὶ πρὸς αἰσῖς φησὶν ἀποδεικνύμενα ὡς παλαιά. Astus hic longe diuersus ab alio, in hoc enim nulla Critica nullo iudicio opus erat, sed tantum oculis & experientia, cum nullæ corrumperentur hic voluminum ἐπιγραφαί, nulli fœtus spurij pro legitimis supponerentur; sed recentiorum & nouorum autorum opera quæ in nullo pretio erant, in frumentum coniecèrentur, vt eundem quem veterum volumina solebant habere colorem contraherent. Indoctis & tyronibus malitia hæc librariorum imponere poterat, at do-

etis & in monumentis antiquorum bene versatis nequaquam ; cum ex inscriptionibus & caractere tanquam ex vnguibus Leonem, statim dignoscerent, veros & legitimos priscorum illorum foetus ab adulterinis segregarent ac secernerent. Βιβλιοπώλαι igitur avaritia, & spes maioris lucri primam Criticæ originem dedere, quam statim amplexi sunt magni viri Aristophanes, Eratosthenes, Apollodorus Cumanus, primus enim Critici nomen ambiuit Apollodorus hic, ut opinantur quidam, at ut alij existimant Eratosthenes. Clemens Alexandrinus statuat. primo. Ἀπολλόδωρος ὁ Κυμαῖος πρῶτος τῆ κριτικῆς εἰσηγήσατο ὄνομα, ἔγραμματοῦς προσσηρῶν, ἔπειτα ὁ Ερατοσθένης ὁ Κυρηνάιος φασί, ἐπειδὴ ἐξέδωκεν ὅπως βιβλία δύο γραμματικὰ ὀπιτησάσας, ὀνομάσθη ὁ γραμματικὸς ὡς νῦν ὀνομάζομεν, πρῶτος Περιεφαίνης Διοποσφαίνης Μιτολινάιος. Antequam enim Grammatici vocarentur, Criticos dictos fuisse omnes illos auctores docuit me Dio Chrysostomus orat. de Homero 53. οἱ δὲ (ait) αὐτὸ τὴν πλὴν ἀφ' οὗτοι ἐξηγεύμεθα, οὐ μόνον Ἀριστάρχους, καὶ Κερκυραίου, καὶ ἑτέρων πλείους τῶν ὕστερον γραμματικῶν κληθέντων πρῶτος ὁ κριτικῶν. Refert idem autor paulò post Criticam & Grammaticam ab Aristotele originem duxisse : καὶ δὲ καὶ αὐτὸς Ἀριστοτέλης, ἀφ' οὗ φασί πλὴν κριτικῶν καὶ γραμματικῶν ἄρχην ἔχειν ὡς πολλὰς ἀφ' ὧν πρὸς τὴν ποιητῆ, διέξω γραμματικῶν αὐτῶν ὡς ὁ πολὺ καὶ ἡμεῖς. Sensim igitur processu temporis diuersorum auctorum ὀμωνύμια, & similia librorum argumenta Criticæ dedere incrementum : quæ enim versabatur primum circa pro-

bationem tantum legitimorum & illegitimorum
 foetuum veterum & recentiorum, paulatim vagari
 coepit circa variorum autorum ὁμωνύμων distinctio-
 nem, vnde Demetrii Magnesij *ᾧ ἐὶ ὁμωνύμων ποιη-
 τῶν καὶ συγγραφέων* liber toties laudatus apud Athe-
 næum, Diogenem Laërtium, Harpocratiōē, Dio-
 nysium Halicarnass. & alios. Composuerat & hic
 autor libros *ᾧ ἐὶ σιωπῶντων*, vt testatur Plutarchus
 in vita Demosthenis, male enim illo loci vir quidā
 doctissimus legendum censet *Δημήτριος Μάγνης ἐὶ
 τοῖς ᾧ ἐὶ ὁμωνύμων*, pro *σιωπῶντων*, autor Stephanus
 apud quem v. *ἀρχαῖων*, citatur idem Demetrius *ἐὶ
 σιωπῶντων*. Ita Simarestus quidam libros *ᾧ ἐὶ σιω-
 πῶντων* composuerat. Hinc etiā Dionysij Sinopen-
 sis *ᾧ ἐὶ ὁμωνύμων*, tractatus apud Vlpianū Demosthenis
ἑξηγητικός. Denique tanto in pretio habita fuit hæc
 nobilissima pars Grammaticæ, vt omnium scientia-
 rum solidissimum fundamentum, quorumlibet
 scriptorum *βάσις* dicta sit, non enim tantum im-
 morata est vt ab initio, in secernendis & distinguē-
 dis antiquorum & recentiorum operibus legitimis
 ac spuris, styloꝝ & characterum dissimilitudine
 dignoscenda, sed & modum ac normam tradidit,
 qua, quæ apud autores corrupta & non sana repe-
 riuntur, diuinitus restituere, quæque obscura vidē-
 tur nec percipi possunt enarrare ac illustrare, do-
 cuit. Vnde tot tantique orti sunt in illa æmuli, tot
 præclarissimi heroes qui hanc nascentibus & renas-
 centibus sæculis excoluerunt, nulla ætas, nullum
 sæculū elapsū est, in quo licet barbaro & inculto,

non floruerint quidam ex Criticorum filiis: vt enim quæ ante hanc nostram ætatem mille à retro sæculis acta sunt non persequamur, vt infinitos eosque illustres Criticos, qui (si tempora excipias circa quæ Gothi, Visigothi, aliæque barbaræ nationes in Italiam irrupere, omniæque prædationibus ac feris moribus vastauere) ordine recēseri possunt ab ipso quo floruit Aristoteles tempore, non referamus; quot quantique centum ab hinc annis exstiterē præstantissimi viri, qui & Criticam quæ pene barbarie incultarum illarum gentium perierat, restituerūt & in ea excellere? Quot etiamnum hodie exstant qui sedulo illi incumbunt, & impoſterum litteris ac scientiis in pristinum nitorem ac splendorem restitutis incumbunt maiori & alacriori animo. Nimirum hoc habet in se Critica, vt quo plus in illa quis profecerit, maiores animis amoris sui accendat igniculos, & stimulos addat vehementiores, ad exantlandos labores, & perferendas vigilias & molestias quas subire illū necesse est qui sub eius militia mereri vult. Tandem vt quæ de eius laudibus mihi dicenda proposui, in pauca contraham: hæc vnica est quæ culta efficit ingenia, quæ ad Polymathiam nos manu prehenſos recta ducit, viamque nobis parat ac gressus dirigit ad omnes scientias perfectè & solidè acquirendas. Nam amabo te quomodo speras te in magnum Philosophum euasurum, nisi Critica prius imbutus fueris, & Criticorum vestigiis inhæseris, semperque inhærendi animum habeas. Quis te vnica excepta Critica docebit, tot Ari-

stotelis, quem vnicum amplecti debes in studio sapientię, libris, natalium controuersiam fuisse moram? Quis monebit *Ἐὶ ἐπιθυμίας* librum ex quorundam opinione ad illū nō pertinere. Andronicus autore Ammonio in hac hæreſi fuit. Quis apud antiquos dubitatum fuisse an primū Meteorōn Aristotelis eſſet, quod patet ex Olympiodoro? Quis *Ἐὶ ἀνέμων γεφυρῶν* librum quōſdam Theophrasto tribuisse, qui tamen Aristoteli assignatur, vt Simplicius in tertio de Cœlo? Quis Ethica ad Nicomachū non Aristotelis, sed Nicomachi eius filij eſſe: vt Cicero quinto de finibus? Quis libros de Rhetorica, ambiguos eſſe, quod testari videtur Quintilianus cum ait, *Non dissentit Theodectes, siue ipſius id opus sit, quod de Rhetorica nomine eius inscribitur, siue vt creditum est Aristotelis*? Quis ex tribus de anima libris qui hodie vulgo exſtant, & in ſcholis præleguntur, vnicum tantum ab antiquis cognitum fuisse, quod nos docet Diogenes Lærtius in Aristotele? Quis præterea Platonis dialogum qui inscribitur Axiochus spurium, & Æschini Socratico tribuendum eſſe, niſi diuinæ Critices auxilio, hoc in ſcriptis ſuis retuliſſet Harpocration v. *Ἀξιοχός*, & poſtea ex illo repetiſſent Suidas, & qui ſubſequuti ſunt omnes? In iure quomodo putas vnquā te in ſenſa *νομῶν*, & Iuriſconſultorum penetraturum, niſi prius illorum ſcias characteres & ſtylum diſcernere? Si te Triboniani Græciſmi decipiant, eiſque ſtylum ab antiquorum iuriſprudentum loquendi generibus diſtinguere non noris num quæſo magnus eris lu-

isconsultus? Si te frequentes Scauolæ, & aliorum
 Archaismi remorentur, num pulchras & subtiles
 legum effinges hypotheses? An putas magnum il-
 lum Cuiacium Iuriconsultorum consultissimum,
 tot in iure desperatos locos vnquam explicaturum
 fuisse, tot corrupta restitutum, & toties Tribon-
 niani styllum à sermone veterum Iuriconsultorum
 distincturum, nisi Criticam prius coluisset & Criti-
 corum filios? *Lex cum de indebito. D. De probationib.*
& præsumpt. satis ostendit illum in hac scientia ni-
 hil vnquam molitum esse, quin Criticæ prius egre-
 giam nauasset operam. Quî enim arguere potuisset
 integram illam legem licet Paulo Iuriconsulto tri-
 buatur, ad Tribonianum tamen pertinere, & ob
 styli inelegantiam, & ob Græcismos, qui Tribonia-
 no familiares erant. Quomodo etiam infinitis in
 locis iuris, magni Triboniani scelestam manum
 odorari, vt in ll. illis adeò inter se contrariis. *Cum*
probatio. De probationibus, & quæro. §. vltimo. D. de
Aedilitio edicto, & in l. cum quidam. §. vltimo. D. de
usuris, aliisque innumeris locis, qui passim occurrunt
 in eius obseruationibus, nisi multum diuque exer-
 citatus in parte illa Critices fuisset, quæ docet nos
 autores inter se distinguere & eorum loquendi for-
 mas? In medendi arte post Hippocratem, quis Ga-
 leno comparandus est & tamen quis eo Criticæ re-
 ligiosius coluit? Hoc testantur satis luculentissimi
 illi in Hippocratem Commentarij, & peculiare
 quos composuerat, è quibus pauci nobis supersunt
 de Critica libri. Hic ille est qui passim inter libros

qui tribuuntur Hippocrati, alios spurios, alios legitimos recenseri aperte demonstrat. Vide Commentarium primi de alimentis, vbi Hippocratis librum de *natione victus* ad varios autores referri, & non soli Hippocrati tribui docuit eruditissime. Ita etiam Erotianus in proœmio Lexici sui, libros *πρῶτον & δεύτερον* primum & secundum, Hippocratis non esse asseuerat, idque arte Critica. In humanioribus litteris, siue poëtas quoscumque generis, siue oratores, siue historicos respicias, quis præter Criticos eorum opera ab obliuione vindicauit? An quæso nisi monitus Criticorum vaticiniis, Musæo, Orpheo, Lino, Phocylidi, & aliis innumeris tum Pelasgis, tum Romanis, poemata spuria multa & illegitima assignata fuisse, hodièque assignari insulse, vt veteri Phocylidi quæ supersunt, Musæo de *Herone & Leandro* poemata, scire quis vnquam potuisset? Quæ de Comicorum dramatis & fabulis tragicorum, inter se disputant & sibi obiciunt Critici apud Athenæum, quæ apud Dionysium Halicarnassæum, Plutarchum Harpocracionem, Suidam, Photium, de veterum rhetorum orationibus & aliis operibus, num aperte significant quantum vtilitatis & auxilij attulerint studiosis omnibus, & beneferiaris hominibus, qui expulsa barbarie scientiarum *ἐκ κωλοπαίδας* acquirere pergunt? Nunquam Demostheni tot *ῥητορικὰ* orationes assignatas fuisse, vt quæ de reliquis oratoribus à Criticis animaduersa sunt præteream: nunquam etiam plures fuisse Antiphontes, plures Isæos, plures Dinarchos nobis compertum fuisset:

fuiſſet: niſi Critici ſcriptis hoc nobis confirmaffent Hermogenes, Dionyſ. Halicarnaſſeus, Harpocration. De historicis quæ quiſque compoſuerit, quo ſermonis charactere, quo dicendi genere, quis nobis monumentis teſtatum reliquiſſet, niſi Critici in hoc impendiſſent operam ſuam? Habes innumera exempla apud Athenæum ex quibus videre licet quam multa nobis periſſent, ni religioſi Critices obſervatores præſto tuliffent opem, & ſuppeditas veniſſent. Non referam obſcuros, interpolatos, corruptos, difficiles, diuulſos, & controuerſos locos, quibus autorum libri ſcatebant, antequâ à Criticis reſtituti & ſanati fuiſſent, nec loquar de ingentibus lacunis, paginarum integrarum luxationibus, inſignibus erroribus qui diuino virorum illorū pumice ex puncti fuere. Fidem faciunt præter antiquorū innumera exempla quæ ſuperſunt apud Athenæum, Diogenem Laërtium, & Harpocrationem, Gloſſographos Suidam, Heſychium, & alios, tot Criticorum volumina quæ centum ab hinc annis luce donata ſunt. Certè in meris tenebris verſabamur niſi magni illi Heroes huic oneri incubiſſent, nullus enim ex antiquis autoribus exſtat, qui non pluſquam ſexcentis in locis ſanatus, aut reſtitutus fuerit opera & ſtudio magnorum virorum, qui animaduerſiones, aue notas, aut commentarios, aut varias lectiones, aut coniectanea, aut emendationes & hypomnema edidit, vel aliquod opus ad Criticam ſpectans compoſuere. Et vt aperte demonſtrem quam illud verum ſit, omiſſis tot diuinis præclaro-

rum virorum in omnes ferme autores coniecturis, quædam ex lectionibus meis depromam, quæ ut cum reliquis componenda & comparanda esse nō contendo, ita etiam non sic illepidæ & spernendæ iudico, quin mereantur ad doctorum aures pervenire, & quin Criticæ valeant aliquo modo commendare studium. Leguntur hæc apud Aristænetum libri. 1. epist. 10. Εἶπεν ἡ παῖς ἀλάκωσεν Ἀρτεμῖς, καὶ κῆρυξ ἔστα ἦος, Ἀχαιὶς συνεβάλετο σὶ τῷ γάμῳ. τίς αὖτε δὲ διήγειο. Interpres eruditissimus vertit, ergo puella elocuta est, Diana audiit, Deaque virgo coniuravit Aconti in tuas nuptias. huc usque verba suffecere. Nec græca vitam habent, nec latina cohererent, adhibere censuram Criticam, & statim loco interfecto vitam dabis, lege igitur, καὶ κῆρυξ ἔστα ἦος, συνεβάλετο εἰς τὸ γάμῳ τίς αὖτε διήγειο, sine interpunctione, idest, Deaque virgo commisit te in nuptias, quæ hæc usque tristes & misera fuerent, ob parentum nostrorum δυστοίαν. Aut vera nos fugit ratio, aut eo in loco veram sensus ἀπορίαν assecuti sumus. Philostratus lib. 1. vitæ Apollonij Tyanci, cap. 4. ὅτι δὲ ἡ παῖς Τύανα ὕδωρ ὄρχου Διὸς (ὡς φασὶ) καλοῦσι τὸ αἰὲς Ἀσβαμῶν. Torquēt illa interpretes, nec intelliguntur. tentavit quidam reponere ἀσβεστον ut illorum mērem sequeretur, qui vertunt inextinguibilem, sed nihil mutandum, imò retenta veteri lectione vertendum: circa Tyana, aqua quædam est Ioui ut perhibent sacra, quam vocant Asbamam. Suidas Ἀσβαμῶν ὕδωρ, οὕτω καλοῦσθαι, locum illum Philostrati sine dubio tunc in mente habebat. Ammianus Marcel-

linus lib. 13. Ioui non aquæ hanc tribuit denominationem. *Apud Asbamai quoque Iouis (ait ille) templum in Cappadocia, ubi amplissimus ille Philosophus Apollonius traditur natus, apud oppidum Tyana stagno effluens fons cernitur, qui magnitudine aquarum inflatus seseque reforbens nunquam extra margines intumescit. Vide Philostratum loco citato, qui plane diuersa narrat, verum quod monere necesse est, aut falso tribuuntur Aristoteli illa quæ post librum *ἡτοιμασέναι ἀκινυμέναιον* leguntur græca fragmenta, aut si ad illum hæc pertinere admittas: verbo ad verbum inde deprompsit Philostratus quæ retulit de Asbamæa aqua. Vide Aristotelem, vide Philostratum, & apparebit facile furtum. verba autem quæ leguntur apud Aristotelem sunt paulo corrupta, sed restituuntur commodè, si in lacuna legas *καλῶσι, & οὐ προῦν*. Apud Calistratum in Æsculapij statua, corruptè huc vsque legerunt omnes quæ sequuntur, *Αγαλμα ὃ οὐ πιτῶσι μὲν, εἰς ὃ τὰ δυνάμεις Ασκληπίου αἰνέσι δι' αἰωνιότητος ἐπιστάγει νοῦν, ὅτι πλὴν ἑαυτῶ κυνῶν, τῷ σι κινῶτος πλὴν δυνάμει ὀρέπῳ*. verte te in omnes partes, & nisi Criticam colas, nunquam hæc sanabis, nunquam intelliges, non si Æsculapius ipsemet de quo hic loquimur, *αἰωνιότητι ἐπιστάγει νοῦν*. interpreshic quædam comminiscitur, sed tamen verum sensum non assequitur, verterem ego & corrigerem, ubi legitur *τῷ σι κινῶτος πλὴν δυνάμει ὀρέπῳ* sine sensu, non *τὰς ἰώσεις κινῶτος*, vt vir doctus tentat, sed argutius & ingeniosius *τῷ ἐσικινῶτος πλὴν δυνάμει ὀρέπῳ*. Integræ sunt litteræ in his duobus vocabulis *σι κ*.*

καὶ τοῦ, immertendum est tantum vocabulum, ut
 apparet, & legendum *κατασκευασθέντα*, vis videre quàm
 elegans quàm Criticā sit coniectura, & ad verā
 Grammaticā trutinā expensa. Audi verborum
 sensum à nobis restitutum. Statuam vero non cre-
 demus in quam vires Æsculapius infundit, prou-
 dentem inducens mentem ad se communicandū,
 ut penetrantis potentiam decet. De Æsculapio e-
 nim hic loquitur Callistratus in statuam prouiden-
 tiæ mentem inducente, & in illam ingrediente per
 penetrationē, nihil verius est. Quæ sequuntur apud
 eundem Callistratum etiam non fuisse intellecta
 licet sana sint, ὅλλ' εἰς μὲν αἰδεσθέντα σώματα κατὰ γ-
 ῥαυ τὸ θεῖον δύνανται, ὅθ' αὖ καὶ μαινομένη κατὰ φύσιν οὐ κα-
 τὰ νόμον εἰ μὴ δὲ ἔχοντες κακίας παρὰ φύσιν. Tu sic
 verte breuiter. At numen in humana corpora de-
 duci quidem concedemus ibique affectionibus
 maculari: non illud tamen credemus, nisi quod re-
 ctum est, malo adgnatum dicamus, id est nisi ma-
 lum cum recto reperiiri posse, ut cum homine numē
 fateamur. Seneca libro secūdo de *Beneficiis*. *Nisi in os*
senatoris iniiecisset Imperator pigros suos. Locus est vē-
 tilatus, & in quo multi sudarunt, nullius tamen à
 me magis probatur sententia quam magni Scali-
 geri, qui referente Meursio putauit hic reponendū
 epigros, ex autoritate D. Augustini, & glossarum
 Isidori, in quibus epigri clauī lignei sunt, quibus
 lignum ligno adhæret. Sed vnde vocabulum illud
 epigri puto adhuc quæri, nos ut coniecturam illam
 doctissimi viri stabiliamus, & etymologiam ac ori-

ginein huius vocabuli incogniti afferamus: luculentum Hesychij locum damus, quo vsi sumus. Putamus igitur vocem epigri corruptam & detortam esse à voce græca ἑπικουρεῖ, ablata enim diphthongo remanet ἑπικροί, & verso κ in γ, vt spissius sit etiam apud Latinos g in c, & è conuerso, integrum formatur ἑπιγρεῖ, vnde Isidorus in glossis. *Epigri, clauī lignei sunt quibus lignum ligno adheret.* Papias etiam vocabulista, *Epigri clauī lignei sunt quibus lignum ligno adheret.* Hesychius ἑπικουρεῖ, βοηθοί, σύμμαχοι, ἐπισκοποῖ: καὶ ἡλοὶ ξύλινοι. Nisi nos hic nostra Critica fefellerit, non valde remotā à vero putamus esse hanc originationē. Quam nisi gustauerit καπύχυμος quis, videat saltem num arrideat sibi apud Isidorum pro epigri legere epicuri, vel epiuri: ἑπῖγρεῖ enim teste eodem Hesych. ἡλοὶ ξύλινοι sunt. vnde nihil mutandum in glossario, in quo bis legitur ἑπῖγρεῖς, *compages, sudis*, rursus γήρυφος ἑπῖγρεῖς, *sudis compages.* Et Palladius lib. 11. cap. 8. *oleastri Epiurum.* Thucydidis enarrator ad illa lib. 1. Φωκαεῖς τε καὶ Μαωπαλίδου οἰκίζοντες Καρχηδονίους εὐέχου ναυμαχεῶντες. Φωκαῖς, inquit, οἱ τῆς Ελλάδος ἀπὸ Φωκίδος πόλεως, Φωκαεῖς οἱ τῆς Ἰωνίας ἀπὸ Φωκίας πόλεως. recte illa quidem procedunt, sed quæ sequuntur sublestæ fidei sunt. Ἴωνες ὄντες οἱ Φωκαεῖς καὶ πολεμῶντες ἀπὸ Περσῶν, ἀφείπτε τιμὴν Ἰωνίδου, ἐπὶ πλοσθμῶν ἐπὶ τιμῶν Αφεικῶν τιμὴν πάλαι Καρχηδονία καλουμένην, αἰεὶ δὲ ταῖς οἰκιστοῦσιν αἰὶ πλησιόσι ἐδωπιοῦνται, ἢ ὅ Μαωπαλία πόλις ἐστὶ τῆς Αφεικῆς. Nam certissimum est Phocæos illos Ionas Harpali Cyri regis præfecti inclementiam vitantes, Italiam na-

nauigio petiisse, partemque in Lucania veliam,
 partem vero in Viennensi Massiliam condidisse.
 Autores sunt Ammianus Marcellinus, Gellius, & alij
 innumeri de quibus egimus v. Μααπλία in notis
 quas vide. Quî ergo fieri potest, vt Phocæi illi in
 Africam nauigarint, & ibi Massiliam condiderint,
 quæ videtur esse enarratoris opinio. Certè *πρόραμα*
 illud esse maximum nemo bonus negare potest,
 hoc aperte clamant ipsamet verba, quæ si Critice
 vt debent, *μαίας* expendantur, omnino sunt expū-
 genda. Massiliam autem in Africa reperiri non
 ignoro, qui sciam apud Isidorum lib. 9. etymol.
 cap. 2. hæc legi. *Massilia ciuitas Africa est non longe
 ab Atlanta & hortis Hesperidum, à qua ciuitate Massy-
 lij exhorti sunt, quos nos corrupte Massulos vocamus,
 de quibus Virgilius, Hinc mihi Massiliae gentis mon-
 strata sacerdos. Sed hæc erroribus & mendis sca-
 rent, nam primo Massylia non Massilia scribendū
 est. Seruius Massylla habet, & apud Virgilium illo
 loci Massyllæ gentis legit pro Massiliæ. Massylla (in-
 quit) mediterranea est Berenicis ciuitas Lybia, vnde haud
 longe sunt horti Hesperidum. Secundò populi ex illa
 ciuitate oriundi Massyli non Massilij dici debent,
 Virgilius sexto Æneid. *penitusque repostas, Massy-
 lum gentes.* pro Massylorum, Seruius ad illa, *Massyli
 sunt Mauri*, vnde speciem pro genere posuit. Nam Aeneas
 ad Africam venit cuius partem constat esse Massyliam.
 Mediterranea enim est pars Mauritania, vnde à parte
 totum accipere debemus. Rursus diuinus poëta 4.
 Æneid. *Massylique ruunt equites.* Seruius Massylion-*

rum gens est haud longe à Mauritania. Melius si legas Massylorum ut Massyla gens non Massylia. Quamuis apud Placidum Lactantium veterem Statij enarratorem, Massylia legatur, ait enim ille ad hæc Thebaid. octaui, ut leo Massyli cum lux stetit obuia ferri. *Massylia gens Africa mediterranea leonibus plena.* Ex quibus vides quam vera sint quæ apud scholiastem illum de Massilia Phocæorum colonia referuntur. Vt enim Phocæos ciuitatem illam Africæ condidisse concedamus, tamen non *Μαυσαλία*, sed *Μασούλια*, vel *Μασσυλία* vocanda erat. Similem plane in geographia errorem commisisse Apollonium Rhodium, & eius enarratores, opè Critices quæ quorumlibet ἀμνηστῶν euerriculum est, didici. ille lib. 4. Argonaut.

Εκ δὲ τῆς Ποδάμοιο βαθυὶ ῥοοὶ εἰσιπέτησαν,
 Ὅς τ' εἰς Ἠελιδῶνι μεταείσεται. Et paulò post.
 Εἶθι δ' Ἀπορύμηνος τῇ μὲν τ' ἐπεδύχεται ἀκτῆς
 Ωκεανῷ, τῇ δ' αὖτε μετ' Ἰονίῳ ἄρα βάλῃ
 Τῇ δ' ὅπ' Ἰ Σαρδόνιον πέλαγος, καὶ ἀπείρονα κόλποι,
 Ἐπὶ δ' Ἀφ' ἑσμάται εἰς ῥοοί. & reliqua.

Enarratores ad illa parum Critice & oculare. Ποδάμος ποταμὸς τῆς Κελτικῆς τῷ Ἠελιδῶνι συμμιγνύμενος, καὶ χεῖρ' ἰμνός, τῇ μὲν εἰς Ωκεανὸν φέρεται, τῇ δ' εἰς τὸν Ἰόνιον κόλπον, τῇ δ' εἰς τὸ Σαρδόνιον πέλαγος. Itane vero Rhodanus fluuius Celtarum Galliae populorum, miscetur cum Eridano aut Pado: & parte ex vna in Oceanum, ex alia in sinum Ionium, & ex alia tandem in Sardoum mare fluit? Quis vnquã geographus sanæ mentis hæc dixit? nugæ nugæ & affaniæ

meræ, hæc credent qui Criticam negligent, hæc sibi persuadebunt arquati soli quibus omnia quæ ad legitimæ Critices normam, & ad rectæ rationis obrussam expenduntur, lutea videntur. Nos vero qui serio illam amplectimur, & amplectemur impo-sterum feruentiori & religiosiori studio, hæc inter veterum auctorum *χωρογράφια ἀμαρτήματα* reponemus. Nec vero nouum est veterum plerisque delusos fuisse in rebus geographicis, cum certissimum sit à quibusdam fuisse existimatum, quemdam apud Barbaros Eridanum fluuium existisse, qui in mare rubrum flueret. Vnde Victorinus quidam ad illa Virgil.

Eridanus quo non alius per pingua culta

In mare purpureum violentior influit amnis.

Persuaserat sibi purpureum hoc loco poni pro Rubro. Itaut de mari Rubro quod est iuxta Indiã hæc putaret intelligenda. Sed merito reprehensus à Seruio est, quod purpureum Græcum epitheton sit, & ab Homero dicatur *εἰς ἄλγα πορφύρεσσιν*, idest ex altitudine nigrum: vel purpureum quod purpureo Eridani fluctu coloretur, quod innuere videtur Euripides in Hippolyto, *εἴητα πορφύρεον θαλάσσιον εἰς οἶδμα πατρὸς*. Certè ex Herodoto in Thalia, apparet ante Victorinum multos credidisse quemdam fluuium à Barbaris Eridanum vocatum fuisse. Περὶ δὲ τῆς (ait ille) ἐν τῇ Ευρώπῃ τῆς πρὸς Εὐρώπῃ ἐξαλίῃς, ἔχω μὲν οὖν ἀπεκείθεν λέγειν. ὅτι γὰρ ἔγραφε οὗτος δεικνύειν. *Ἡεῖδαιον καλέεσθαι πρὸς Βαρβάρων ποταμὸν, ἐκ δίδυτα εἰς θαλάσσης πλὴν πρὸς Βορέῳ αἰετοῖ, ἀπὸ τοῦ ὅτι ἡλεκτοῖ*

ἡλεκτοῖσι φοῖτον λόγος ἔστι. τὴν μὲν γὰρ ὁ Ἡρόδοτος αὐτὸν
κατηγόρει, τὸ ὕμνος δ' ἔστι Ἑλλήνων καὶ ὕπτι Βαρβαρίων
ὑπὸ ποιητῶν δέ τίς ποτε ποιητὴν. Quibus (vt vides) non
subscripsit hic grauissimus autor. Eiusmodi veterum
scriptorum in rebus geographicis somnia &
deliramenta, ante nos notarunt & deprehenderunt
viri eruditi apud Strab. D. Basil. & Orpheum, de
Riphæorum, Alpium, & Pyrenæorum montium
confusionibus. Homerus, Apollonius Rhodius
similibus παραφρασι & ineptiis scatent. Apud
hunc non tantum Eridanus pro Rhodano, sed &
aliquando integra Gallia pro Italia accipitur, apud
illum Rhodanus in inferis collocatur. Quæ omnia
quàm ridicula & rancida sint quid amplius ani-
maduertere iuuat? Cogitemus de aliis, & tentemus
dum vocat, vtrum opinionem quæ iamdiu obri-
nuit, ab omnium mentibus auellere & eradicare
possimus. Doctis hætenus persuasere duo magni
nominis in re literaria viri, ex variis vinis quoddam
fuisse quod vocatum sit *Εκφασίδης*. Nos hodie c-
uincere volumus, singulis ad sacra ponderatis,
nullum vinum ita denominatum fuisse: & insubi-
de ab illis heroibus hominem Poëtam transforma-
rum in vinum, licet vinum non abhorreant poëtæ,
& Baccho Deo bibaci ac οἰνοπότῃ sua nomina dede-
rint, vnde metamorphosis hæc non omnino ille-
pida & remota videri possit. Audi igitur lector &
rogam compone. Duo illi præstantissimi viri in ca-
stigationibus & scholiis suis ad Virgil. appendicé,
& Comici vespas, crediderunt Græcos infimæ ve-

DDD

rustatis vinum *Εκφαντίδην* vocasse, quod à latinis *vappa* dicitur, idest subtile, sublestem & euanidum: à priscis Græcis *ἄϊπτιον* καὶ εὐανιδιον καὶ καπρία: nulla alia (vt puto) nixi aut suffulci auctoritate quàm veteris enarratoris qui ad hæc vesparum. ὅστις παρ' ἑσὶ καπρία κακλήσμεν, ita insit, πρὶς τῷ εὐανιδιον ὁ φασὶ τινες καπρία λέγεσθαι, ὡς ὁ ὕψις παρ' ἑσὶ Κρατῖνον διείρεται, ἢ ὅτι ἀποθνήσκει ἢ καὶ παλαιόν, διὸ *Εκφαντίδην* καπρία καλεῖσθαι. Sed toto cælo aberrasse illos apparebit, ex his quæ mox dicturi sumus, nam de Ecphantide Comico vetustissimo loqui voluisse scholiastem apertissime docebimus. Ecphantis vel Ecphantides Poëta Comicus fuit ignobilis, & parum ob vetustatem & inscitiam notus: è cuius Σατίρας hoc fragmentum habemus apud Athen. lib. 3. διπλοῖ.

Πόδας τὰ εἰ δέοι παρ' ἑσὶ κατὰ φαντῖνον ἐφθνη ἦός.

Scholiastes Comici ad illa vesparum παρ' ἑσὶ κατὰ φαντῖνον, *Φραντίδην* hunc vocat, sed vt animaduertent docti viri, illic legendum est *Τηλεκλείδης* καὶ *Εκφαντίδης*, vt optime habet Pollux. lib. 2. cap. 4. tmemate 27. Ecphantides igitur hic Comicus poëta adeo fuit inuisus Musis, vt propter ingenij exiguitatem, & ineptorum poëmatum compositionem, Capniæ cognomen sibi comparauerit. *Καπρία* vinū est subtile & euanidum; ita qui *καπρία* ἐπωρούμενος dicitur, euanido & sublesto ingenio præditus arguitur, qualem fuisse prædicant Ecphantidem Comicum, qui nihil boni aut ponderosi composuit. Hesychius *Καπρία*. *Εκφαντίδης* ὁ τῆς *Κωμωδίας* ποιητής (sic legendum, non vt inepte excusi omnes habent. *καπρία*

Εκφρατίδας.) καπνίας ἐκαλεῖτο ἂν ὁ μὲν λαμπερὸν
 ἔσθαι, καὶ οἶνος ὃ καπνίας λέγεται ὁ καταπυσμένος, καὶ
 καπνός ἀμπρός ἢ μέλαμα. Duo denotat ὃ καπνίας, pri-
 mum Ecphantidis Comici cognomen est, eo quod
 enim nihil nisi ineptum & tenue componeret, vo-
 catus fuit καπνίας, metaphora sumpta à vino suble-
 sto, fumido & euanido, quod à Græcis καπνίας, à
 Latinis *vappa* vocatur: Quæ est secunda huius vocis
 καπνίας significatio, ut apparet ex his verbis Hesy-
 chij καὶ καπνός ἀμπρός ἢ μέλαμα, schol. Aristoph.
 καπνὶ dicta: καὶ καπνί, inquit, εἶδος ἀμπρόου ξηρότατος,
 καὶ σφιμύτατος οἶνον ποίεισσι. Suidæ ὀξύτης, vel glossema-
 ticc κηκίς, idest Galla atramentaria, Gallá enim pro
 aspero & atro vino Lucillius etiam accepit,

Quæ Gallam bibere ac rugas conducere ventri

Farre acerose.---

Huiusmodi vina quæ ab eodem Lucillio Crucia
 vocantur, in Longobardia hodie, & Hetruria nas-
 cuntur, schol. Comici, πῶς ὃ καπνίας οἶνος ἐν Βενε-
 βόθρῳ τῆς Ἰταλίας γίνεσθαι φασί. Sed & præter has si-
 gnificationes καπνίας aliam recipere potest, ut vide-
 tur indicare idem schol. pro condito enim, & vete-
 ri vino accipitur aliquando: Quale Horatius descri-
 bere visus est cum dixit, *Amphora fumum bibere insti-
 tuta consule Tullo*, idest, οἶνον ἀποθήκη, & παλαιόν, ait
 scholiastes. ἐν ᾧ τῷ Κρατῖνοι διώλυσαν ἢ ὃ ἀποθήκη
 ἢ καὶ παλαιόν. Ἐξ Εκφρατίδου καπνίας καλεῖσθαι. Quæ vl-
 tima verba magnis viris imposuere, non enim de
 vino amplius hic agitur, sed de cognomine Ecphā-
 tidis Comici. In commentariis (inquit) ad Cratinū.

DDD ij

definitur, καπνίας etiam vinum conditum, & vetus significare, ideóque Ecphantidem Comicum καπνίας vocari, quod vetus esset parum notus, & vt Hefych. eruditissime, ὅδιν λαμπερὶ composuisset. Hæc si non sit illorum verborum mens, fatebor me in istis nihil vidisse, nec quæ apud Suidam legi percepisse. Ait ille καπνίας, ποιητής ὁ μηδὲν λαμπερὶ γράφει. Ne putes vllum vnquam poëtam proprio nomine vocatum fuisse καπνίας, imò cognomen esse puta Ecphantidis mali poëtæ, quod postea potuit trahi ad omnes malos poëtas, qui quod nihil recti componerent Capniæ dicti sunt. Itaut καπνίας apud Suidam ille sit poeta qui nullum bonū poema perficere potest. Καπνίας ergo Ecphantides Comicus à vino sublesto, quod caue ne existimes Ecphantidé dici posse. Nullum enim vinum Εκφαντίδew vocatū fuisse certo certius cōstat ex his quæ retulimus. Quæ autem de Ecphantide & Chœrilo poetis amplius obseruabimus, in caput secundum lib. secundi lectionum nostrarum reiecta fuere: hæc exempli gratia attulimus & excerptimus. Alia multa poteramus ex eisdem lectionibus, quò Criticæ dignitas altius efferretur, sed cum iam ex professo, in hoc laborare non recusarint viri nostræ tempestatis doctissimi. Sufficiet in præsens ostendere eius sectatores, Criticos dico, olim tanto in pretio habitos, vt & regum bibliothecis præfecti fuerint; & in poetarum recitationibus, in quibus de Coronis, aliisque præmiis contendebant, adhibiti. Refert Tertullianus in *Apologetico* Demetrio Phalereo Grammaticorum

probatissimo bibliothecæ præfecturam mandatam esse ab eruditissimo Ptolemæorum, cum Pisistratum bibliothecarum studio æmularetur. Testatur Suidas, Dionysium Grammaticum Romæ docentem bibliothecis præfectum. Ita etiam referunt Augustum Imperatorem Criticos delegisse bibliothecæ Palatinæ, qui librorum quasi quemdam Senatū legerent, ne futiles quidam & nugaces libri in ea reponerentur aut recondiderentur: horum meminisse sæpius Horatium scio. Eundem Augustum bibliothecas etiam instruendas Pompeio Marco dedisse, Suetonius in eius vita asseuerat. Vitruuius præmio lib. 7. Ptolemæum ait Alexandriæ ludis in honorem Musarum & Apollinis institutis, septē iudices literatos eligendos curasse, qui poemata quæ à Poetis recitarentur probarent, inter quos Aristophanes magnus ille Criticus relatus fuit. Referunt quoque enarratores Horatij ad illud Satyræ decimæ, lib. 1. Sermon.

Quæ nec in æde sonent certantia iudice Tarpæ.


Tarpam illum fuisse iudicem Criticum, qui solemnibus Poetarum recitationib. præerat, & probabat quæ ad scenam erant deferenda. Faciunt ad hæc verba veteris inscriptionis, *Coronatus est inter Poëtas Latinos omnibus sententiis iudicū*: Et Suetonij in Claudio, cap. 11. *Comædiam Græcam Neapolitano certamine docuit, ac de sententia Iudicum coronauit*. Iudices illi Critici erant, quales Atheniensium *πρῶτοι Κριταί*, de quibus Zenobius, Suid. Hesych. qui bis est à mendo liberandus, illo loco primum quo legitur corrupte

DDD iij

& truncate, ἐν παντί κρίναι, ἐν ἀλλοτεία ἐξέσθαι ὅστις, παντί ὃ κρίναι τοῖς Κωμικοῖς ἔχειν, restituendum ἐν παντί κρίναι γινώσκει καὶται, hæc sunt verba πατριμίας ὡσαύτως: de quibus vide diligenter Zenobium: altero loco ubi legitur παντί καὶται pro παντί κρίναι, ut ante nos obseruarunt viri eruditissimi. Ad hanc autem formam institutos fuisse Tolosæ ludos illos quos florales vocant (*les ieux floraux*) qui quotannis mense Maio celebrantur, & in quibus Poetæ probati sententia iudicum literatorum & Criticorum coronantur, vel flore donantur: forte huc usque ignorarunt nostri Critices osiores, ideóque de ea parum adhuc fuere solliciti. Hoc saltem domestico exemplo moniti sapere deberent, & diuinam hanc scientiam colere, sine qua nunquam rerum veritatem odorabuntur, quam soli ambiunt docti, soli negligunt imperiti, soli sapientes quærunt, & soli fugiunt insipientes. Sed tempus est ut accedamus ad auctorem nostrum, ne studiosis lectoribus quibus iam saluam mouimus, ὑποβιβαστῆναι (ut dicitur) videri possint notæ nostræ.

FINIS.

PHILIP. IACOBI
MAVSSACI
NOTÆ



PHILIP. IACOBI

MAVSSACI NOTÆ AD

HARPOCRATIONIS

Dictionary in de-
cem Rhetores.

ANTELOGIVM.



E decem Rhetoribus, & Harpocratonis in eos dictionary superiori dissertatione à nobis actum est. Superest nunc ut videamus de eius *αἰθηρῶν συλλογῇ*, refert enim Suidas in vita quam in limine operis præposuimus, præter λέξεις τῶν δέκα ῥητόρων composuisse illum *αἰθηρῶν συλλογῇ*, floridorum collectionem. hæc vitæ pars est, quam in hoc antelogio illustrare decreuimus antequam ad notas veniamus. *Αἰθερά* florida sunt siue electa (ut loqueretur Seneca) *αἰθολογία*, florilegia: solebant enim studiosi homines inter legendum, ex veteribus auctoribus quæcumque ad institutum facere videbantur excerpere, vnde *ὀκλογαί*, *χρησιμότητες* & *σημειώσεις*. Athe-

A ij

neî mutilator *πρὸς βολὰς* appellat opus suum, quasi excerpta ex integro opere dipnosoph. Athen. ita *χρηνομαθίας* inscripsit epitomem suam, ille qui in compedium Strabonem reduxit: quomodo etiam Proclus, & Helladius Bezantinus apud Photium *χρηνομαθίας* scripserunt, quæ nihil aliud sunt quàm laudabilia & notatu digna quæ ab eis excerpebantur ex veteribus auctoribus & in *συναγωγῇ* reducebantur: ut postea vsui, si quando accideret, esse possent. Vtebantur autem in excerpendo his notis ll. quæ laudabile vel laudabilis locus (ut optimè Probus) denotabât: vel *χ*. quod *χρησὶς* designabat, hinc annotare dixerunt, Plinius lib. 3. epistolarum de auunculo suo, *annotabas excerpebâsque*. Principes in re literaria viri Iosephus Scaliger, Petrus Viëtorius, & Isaacus Casaubonus multa de hoc studij genere obseruauerunt, hic in notis suis ad Diogenem Laërt. dum de nota *πρὸς χ* disputat acutissime: illi dum in coniectaneis & notis ad Varronem, de notis ll. doctissime & accuratissime differunt. Alter illorum Iosephus Scaliger nimirum, multa adhuc in animaduers. ad Euseb. Chron. repetiit, quod opus ære perennius studiosi omnes consulere debent si sitim suam super hac re extinguere desiderent. Nos quæ ab illis heroibus diuinitus pertractata sunt hic repetere in animum nō induximus: de opere harpocratonis quod inscripserat *αἰθηρὰς συναγωγῇ*, quædam præmittere mēs fuit, ut Suidæ verba lucem aliquam acciperent.

Diebamus igitur αἰθρῇ florida esse, ῥοσίσμα, siue flores, cuius generis Lucij Apulei quæ hodie circumferuntur florida, non ex integris eius exercitamentis aut orationibus Carthagini habitis per studiosos quosdam collecta, & hoc titulo donata, ut existimauit politissimus ille vir qui ultimus Apuleij opera emendauit, & primus partem hanc reliquias siue λείψανα esse credidit integrum dissertationum quas composuerat, series enim & ordo hic rerum, nulli alteri quàm Apuleio ipsi tribuendus est. Perpetuus quidem hic stylus non visitur, nec opus distinctum in libros vnquam fuit: quomodo huc vsque ante editionem præstantissimi illius viri sibi vulgò omnes persuaferant: sed tamen materiæ, dispositionis, & tituli nullus alius auctor quàm legitimus parens. pender hoc ex cognitione moris cuius vestigia primi videmur odorati. Antiquitus oratores florida quædam, & exculta loquendi genera, & emblemata verborum vermiculata (ut ita loquar) parata habebant, quibus uti possent cum tempus dicendi veniebat: imò & aliquando integras periodos, orationis cola & partes, ut exordia, epilogos, & omnigena dictionum schemata. Vnde προίμα Δημοσθενεῖ Demosthenis hodie videmus, à Polluce lib. 6. cap. 33. συμβεβηκυῖα dicta; quibus sine dubio utebatur, cum per temporis angustias non licebat noua componere, & ex tempore dicere debebat. Antiphontis etiam προίμα laudat Suidas

verbo *ἄμα*, quæ veluti florida quædam & excerpta erant ad excolendas & ornandas orationes quas habiturus erat. Ita etiam dicendi magistri & quilibet declamatores quolibet tempore *ἐκλογαί* siue electa habuere ad orationis ornatum. Apuleius florida sua sine dubio tanquam procemia selegerat & in *συναγωγὰς* coaceruauerat, vt eis veluti gemmis aut lapillis vteretur cum esset opus. Male & ineptè illi qui sub speciem quandam librorum florida reduci debere existimarunt. Peius etiam illi qui ab efflorescenti & lato dicendi genere eadem fuisse dicta florida sibi persuasere. Ego nullus dubito quin quomodo Demosthenes, Antiphon, & alij rhetores procemia, epilogos, & varias eiusmodi orationis partes paratas habebant ad orandum extemplo, quando ferebat occasio, quin inquam hoc eodem modo Apuleius florida hæc sua siue excerpta sibi parasset tanquam procemia, aut epilogos orationum quas Carthagini habiturus erat: hæc nostra mens. Ceterum vt hoc antelogium concludamus, veterum *ἐκλογαί*, excerpta, electa, *αἰθρηαί*, siremps res. Alij quidem eclogas componebant, alij electa, alij *αἰθρηαί* & *χρηστομαθείας*: sed omnes hi tituli pro libidine scribentium imponebantur. Eclogarij simpliciter vocabantur illi qui locos laudabiles ab excerptoribus annotatos excipiebant, & in cōmentarios referebant: Seneca peculiari vocabulo *analectas* dixit. Cicero lib. 16. epist. ad Attic. eclogariōs, idest notatu dignorum, & ele-

ctorum excerptores. Electa λεγγραφίας vocabant aliquando, unde in glossis ἐκ τῶν λεγγραφῶν exponitur *ex electis*. Refert D. Hieronymus Melitonem Asianum Sardanensem Episcopum ἐκ λεγρῶν libros sex composuisse, Plinius auunculum suum electorum cōmentarios: Suidas Harpocracionem αἰθρησὶν στυαγωγίῳ. eclogæ, electa, & anthera eadem sunt. deflorata & deflorare dixerunt posterioris seculi homines, vt apud Cassiodorum spissius, & libri illi in quibus Ciceronis aliorumque laudabiliora & χεῖραι continentur *defloratorum* inscribuntur, αἰθρησὶν vno verbo, αἰθρησὶν enim florida. Nihil igitur aliud Suidas voluit cum retulit Harpocracionem αἰθρησὶν στυαγωγίῳ composuisse quam ab eo floridorum collectionem & coadunationem quandam factam esse, quæ ex oratoribus puta, aut huiusmodi scriptoribus excerpta aut electa erant. Et hæc dicenda mihi videbantur ad illorum verborum illustrationem. veniamus ad Notas.

Λεξ. τῶν δεκ. ρήτ. Codex Fed. Morelli quo vsi sumus, nullam præ se ferebat inscriptionem, constanter tamen vulgarem hanc retinuimus: licet apud Suid. legatur λεξ. τῶν ρητόρων. Non est autem existimandum hoc opus inscriptum fuisse dictionarium decem rhetorum, quod eorum tantum voces difficiles & loquendi genera peculiariter complectatur, hoc enim falsissimum esse apparet ex innumeris locis, in quibus non solum alij rhetores decem illorum coætanei laudantur, vt Py-

rheas, & Aristogiton, verbis ῥητορικός, ἀγαστής, & ὀξυδύμια : sed & (quod magè notandum) ποιητῶν, Philosophi, Philologi, Grammatici, & historici. Vno verbo lexicon decem rhetorum ideo dictum fuisse hoc opus dicendum est, quòd præcipuè eorum voces & res notatu dignas explicandas hic suscepit Harpocration : & à maiori parte (ut loquerentur philosophi) denominatio sumatur.

Pag. i. lin. i. ὄνομα post vocem Ἀβάρης poteramus restituere, sed repugnabant omnes manu exarati : certe per me licet legere vel ἀπλῶς κλέων, vel simul ὄνομα κλέων. sæpius videtur hic auctor hoc loquendi genere, quod est Grammaticis omnibus Græcis familiare. Latini dicunt nomen proprium. Aliquādo inuenire est ὄνομα simpliciter, & sine κλέων, ut infra verb. φαίλας, sed illic restituimus nos κλέων. Porro de hoc samardaco Abari natant antiquorum scripta, consule quæ de eo narrant Malchus in libel. de vita Pythag. Antigonius in lib. de mirabilibus, & Himerius Sophista in orat. εἰς τὴν Κόμην τοῦ Ὀυρσίχιον, quæ adhuc animaduersa nō fuere. Arridet verò valdè mihi diuinæ diuini Iosephi Scaligeri ad Iul. Firm. Mater. & veterē Comici enarratorem coniecturæ. in hoc vbi in equit. legitur βαρὺν ἢ βαριδας, corrigendum Ἀβάρην ἢ Ἀβάρειδαν, quod & nos iamdiu deprehenderamus dum hæc excerpemus ad auctoris nostri illustrationem. In illo quo loco bis auarus Scythæ legitur in lib. de error. Profec. Relig. reponendum Abaris Scythæ. Tu amplius

plius vide quæ diuinus ille vir ad Euseb. suum, & in notis ad Firmic. Mater. de hoc sortilego dixit, & memineris apud Plutarchum ipso initio tractatus πῶς δὴ τὸν ποιημάτων ἀρχὴν, referri Heraclidem librum olim composuisse quem inscripserat Abarim eo quod fortè multa μυθολογούμενων quæ de Abari circumferebantur in eo collecta essent.

Pag. 1. l. vlt. & pag. 2. l. 1. in hac voce pro ὅτι restitimus αἰτί, & accusatiuum κακτημένος pro patrio κακτημῶν. Ita nominatim Codex Fed. Morelli. vide diligenter Hesychium qui eundem Antiphontis ex aliqua orationum de veritate locum attigit, sed truncatè hodie legitur apud eum ἐν ἀληθείᾳ puto restituendum ἐν ἀληθείᾳ πρῶτον vel δεύτερον: duas enim Antiphon de veritate orationes composuerat, ut videbimus.

Pag. 2. lin. 3. Ἀβροχόμας vnus herodoto Ἀβροχόμας lib. 7. Darij filius. Alter Abrocomas vnus è præcipuis Artaxerxis Persarum Regis Satrapis qui in expeditionem contra Cyrum iuit teste Xenophōte, apud quem aliquoties legere est Ἀχροχόμας: quam lectionem confirmat Isocrates in Panegyri. cum ait, οἷον ἐκείνος μὲν ὅτι τὸν πόλεμον τῷτοι κατέπεμψε ἐνδοκιμωδᾶτοες Περσῶν Ἀχροχόμας καὶ Τιθραστῶν καὶ Φαρναβάζων. mirari verò satis nō possum quomodo hæc verba Harpocrati non venerint in mentem.

Pag. 2. lin. 5. præter Demosthenem orat. contra Midiam, Agatharchi pictoris meminere etiam Plutarchus in Alcibiade, & Andocides rhetor in

oratione contra Alcibiadem.

Pag. 2. lin. 1. 12. malè excusi omnes & manu exarati hoc loco pro $\Delta\phi\alpha\rho\chi\omega$ habebant $\Delta\eta\mu\acute{\alpha}\rho\chi\omega$: & $\acute{\alpha}\lambda\iota\mu\omega\iota\sigma\iota\omega\iota\varsigma$ pro Αλιμοισίοις . Vide quæ ad hanc vocem infra animaduertimus.

Pag. 2. l. 17. 18. epigraphæ orationis $\text{Is}\acute{\alpha}\alpha\nu\alpha$ ita à nobis restituta est optimè, vt apparet ex v. $\epsilon\lambda\gamma\gamma\acute{\epsilon}\sigma\iota\omega\varsigma$ $\delta\acute{\iota}\kappa\eta$ & $\acute{\alpha}\varphi\alpha\acute{\iota}\rho\epsilon\iota\varsigma$.

Pag. 3. lin. 2. Constanter editiones præcedentes πολλοὶ $\chi\epsilon\eta\iota\varsigma$ retinuerunt malè, melius in hac vltima πολλὰ $\chi\epsilon\eta\iota\varsigma$. Sed hæc leuia persequi non iubet mens: sufficit ea expunxisse, & textum purgasse.

Pag. 3. l. 9. 10. $\text{Is}\acute{\alpha}\alpha\nu\alpha$ adhuc orationis epigraphem restituimus hoc loco: $\text{ὑπὲρ Μενελέους κλήρου}$ non $\kappa\lambda\acute{\eta}\rho\omega$, sæpius ita peccatum est in hoc opere, sed omnibus locis malè affectis lata est medicina.

Pag. 3. l. 16. 17. $\text{Α}^{\prime}\gamma\lambda\alpha\upsilon\epsilon\varsigma$ maluimus quàm $\text{Α}^{\prime}\gamma\epsilon\alpha\upsilon\lambda\epsilon\varsigma$, quia ordo Alphabeticus hoc poscit quin tamen rectè dici queat $\text{Α}^{\prime}\gamma\epsilon\alpha\upsilon\lambda\omicron\varsigma$ non dubitamus, imò si Stephani mutilatori fidem habemus, $\text{Α}^{\prime}\gamma\epsilon\alpha\upsilon\lambda\omicron\varsigma$ melius diceretur, sed hæc minima sunt. Cogitandum amplius de his verbis $\epsilon\sigma\tau\iota\delta\epsilon\kappa\alpha\tau\epsilon\pi\acute{\alpha}\nu\tau\omicron\upsilon\mu\epsilon\iota\text{Α}\theta\eta\omega\alpha\varsigma$, quæ certè vnius nucis non sunt. Suidas ea quidem retinuit, quid mirum? Cum peiora aliquando describat, Mineruam autem antiquitus fuisse quæ $\text{Α}^{\prime}\gamma\epsilon\alpha\upsilon\lambda\omicron\varsigma$ vocaretur vix credam, licet de eo amplius dubitare non videantur eruditi, inter quos nō post principia tenet lil. Greg. Gyraldus. Agraulus mineruæ ministra fuit vnde illa Vlpiani in

PHIL. IAC. MAVSSACI. II
 enarrat. ad orat. de falsa legat. intelligenda: *ἐπεὶ δὲ
 γέγραπται ἡ Ἀγρᾶυλος τῆς Ἀθηνᾶς, ὥς φησι φιλόσοφος.* Sed
 hodie hæc corruptè leguntur apud illum, à nemi-
 ne huc vsque percepta, non ab ipso interprete, qui
 hic mirum quantum cæcutiuit. Plura adderemus
 de Agraulo non vulgaria, sed notarum terminos
 excederemus. Lectiones nostræ hæc omnia dili-
 gentius exsequuntur.

Pag. 3. lin. 18. nihil mutauimus hic, licet concisus
 legatur *Ἀντιφῶν ἐν τῷ δακτύλῳ.* Nam quid illa? an
 in secunda de veritate quæ sæpius laudatur ab au-
 ctore nostro; nequaquam: sed *ἐν τῷ ὑτέρῳ ἐκκατε-
 γρηίας ἀποδείξασθαι,* ita illic Antipho, *πρωτῶς δὲ τὸν
 ἀποκτείναντα, ἀγνύετι δὲ πλεὺς πόλιν, πλεία γὰρ ἀγαθὰ περι-
 ξέει.* ad hæc notauit Harpocraton *ἀγνύετι* pro
ἀγνίξει poni, quod verissimum est. Ceterum de te-
 tralogiis Antiphontis & aliorum rhetorum, vt &
 Platonis, abundè lectiones nostræ.

Pag. 3. l. 20. Suidas *Ἀγρίας* habet, sed retentum
 est *Ἀγρίας.*

Pag. 4. l. 2. & 5. malè cum accentu aspero *ἀγνῆς* &
ἀγρωμίνως antea legebantur: *ἀγνος* vitex siue ame-
 rina, à qua planta populus *ἀγνῆς*, tribulis *ἀγνόσιος*: vt
χρονῆς Arcadiæ regio, *ἀπὸ τῆς ἐν αὐτῇ χρονῆς.* Ita in l.
 34. D. de legat. 2. *συνέκτησις ἀγνοφύου* ex restitutione
 magni Cuiacij, latifundium magna ex parte viti-
 cibus & amerinis refertum, id est vno verbo steri-
 le. Vt autem populi à plātis, ita & vrbes à flumini-
 bus nomen accepere: vnde à Pindaro *οἰκήματα πο-*

παῖδες, ab Horatio domus fluuiorum appellantur.

Pag. 4. l. 12. Crassus error quem tamen omnes excusi & exarati retinuerunt, mutauimus nos κτ' *πρωτοχου*, in κτ' *υποκαταπαις*: nullam enim contra Timarchum orationem habuit Demosthenes: imò pro Timarcho potius orauit. Præterea de Agoranomis egit in oratione contra Timocratem, quam hic sine dubio laudare volebat auctor noster. vide quæ ad verbum ἀγύρριος.

Pag. 5. l. 1. non Πυθίας sed Πυθίας (vt excudendum curauimus) legendum: sæpius laudatur hic orator in hoc vocabulario. Suidas videndus voce Πυθίας: nos de eo agemus infra verbo *μυλωνδεξς*.

Pag. 5. lin. 8. melius meo quidem iudicio habet Codex Federici Morelli ἀγυλῆ ἀγυλευς & ἀγυλῆ-*ῶν*, quamuis lectionem antiquam non interpola-uerimus, vt pote quæ etiam à Suida retenta sit. Certè pro manu exarato codice faciunt Hesychius, & Hermolaus Byzantius Stephani epitomator, sed apud Hesych. hodie confuse legitur ἀγυζία, *σιωπη*, ἀγυλῆ δῆμος τῆς Ερεχθίδος φυλῆς, καὶ τῆς Αἰαλίδος. vox Αγυλῆ notanda est maiuscula littera, itaut initium noui planè & diuersi sensus faciat, pro Αγυλῆ verò, quidam Αγυαλῆ scripsere, quod ab Agraulo Cecropis filia de qua supra, nomen acceperit, vt notat epitomator Stephani, bona pars dempto α, Αγυλῆ: quæ opinio sine dubio preualere debet.

Pag. 5. & 6. multa hic sunt quæ sicco pede tran-

fire nefas esse existimauimus. ἔστιν οὖν, inquit Harpocratio lin. 19. pag. 5. τὸ ὀλόκληρον ἀγμέας &c. quæ verba repetiit Suidas, sed in fraudem eruditissimi viri, qui eorum mentem in lucubrationibus suis ad vespas Comici, nunquam videre potuit. Vno verbo hæc ita debent explicari, ἀγμάς contractum est à simplici & primitiuo ἀγμέας, simplicia nomina Grammaticis ὀλόκληρα sunt si cum contractis comparentur, quæ ὀλόκληρα non sunt. Igitur ἀγμέας ὀλόκληρον est, ἀγμάς contractum, τὸ ἀγμέας. Hæc Suidæ mens qui ista ex nostro descripsit, & interiora retulit quàm hodie legantur in omnibus excusis. ait enim ἔστιν οὖν τὸ ὀλόκληρον ἀγμάς, ἐν ἡ ἀπαπὴ ἀγμέας, ἐν στυαλοῖ φη δὲ ἀγμάς. rectum ἀγμάς ὀλόκληρον est, reliqui casus tum simplices tum contracti ὀλόκληροι non sunt, quomodo Δ, Ο, σοιχεῖα non sunt ὀλόκληρα, vt A & B. Verum existis tricus Grammaticis, ascendamus ad maiora, & tentemus dum vacat opportunè, quibusdam locis malè affectis hactenus, vitâ dare. Dieuchidæ Megaricarū rerum scriptoris nomē hoc loco iam vindicatum fuit ab Isaaco Casaubono in not. ad Diog. Laërt. sed deprehendimus nos in multis autorum locis corruptissimum adhuc exstare huius scriptoris nomen: præsertim apud enarratores Apol. Rhodij, Aristoph. & Pindari. Ex quo autem literis operam nauare cœpi, nihil me diutius exercitum habuit quàm verba quæ in scholiaste Comici sædissimè deturpata inueni, locus est notatu dignissimus.

tum ob errorem in quo huc vsque cubauit , tum ob felicem coniecturam,qua sine dubio ad veram sensus ἀποχρίαν collimatum est. οὗτοι τῷ Αἰγύπτῳ Ἀπολλωνος (ait ille ad hæc vespar. γαῖπῳ Αἰγύπτῳ) ἰδίως Εὐτυχίας ἔγωγε γράφω, ἐν δὲ τῷ ἰατρικῷ τῷτο Ἀφροδίτῃ, καὶ ἐπὶ καὶ νῦν ὅστις ὡς Αἰγύπτῳ τῷ Δωριέων οἰκησόντων ἐν τῷ τόπῳ ἀνὰ θυμῳ. nos breuiter & sine venditatione asserimus restituendum esse. ἰδίως Διουχίδας ἔγωγε γράφω, ἐν δὲ τῷ τῷτο Ἀφροδίτῃ, Sensus, de Agyao Apolline peculiariter Dieuchidas sic scribit , in tertio autem illud exstat aut legitur. Idest , vt omnes ad vnum, hæc percipiant : Dieuchidas rerum Megaricarum libro tertio hæc refert de Agyao Apolline, quid amabo te refert? ὡς Αἰγύπτῳ τῷ Δωριέων οἰκησόντων ἐν τῷ τόπῳ ἀνὰ θυμῳ, & quæ sequuntur. hoc est quod voluit Harpocration cum dixit φασὶ δὲ αὐτὸ ἰδίως εἶναι Δωριέων , ὡς δὴλον ποιεῖ Διουχίδας , ἐν τῷ τῷτο τῷ Μεγαρικῷ. Quæ aut omnino expungi debent, aut censura nostra & restitutio probanda. Ita apud schol. Apollonij Rhod. pag. 24. edit. Hen. Steph. Διουχίδας ἐν τοῖς Μεγαρικαῖς inepte legitur & insulse : reponendum Διουχίδας vt apud Pindari interpretem, pro Διουχίδας, Διουχίδας. Sed de his saturantius (vt cum fulgentio loquar) aut (vt cum Tertulliano) satiatissime in lectionibus nostris, persequamur reliqua & moneamus fabulæ Sophocleæ nomen antea corruptum, correctum fuisse, nam pro λαοκίων restitutum est Λαοκίωντι. Versus etiam ex ea tragædia laudati optimè distincti sunt:

vide cap. 4. lib. 7. animad. In Athen. & discas in hac eadem palæstra sudasse magnum Casaubonum. Comici enarrator in ultimo versu legit *σμήρης παλαστῆς βαρβαρῆς* contra quàm editio nostra habet.

Pag. 6. l. 12. similem errorem supra voce *ἀγρονομία* deprehendimus. appage illud *Δημοῦδ. ἐν τῷ χῆρμι*: legendum *παραχέπει* in oratione enim aduersus Timocratem de Agyrrio actum est. vide quæ ad vocem *παραχέπει* infra de hoc eodem Agyrrio annotabimus.

Pag. 6. lin. 21. 22. coniectura mea fretus neglexi manu exarati codicis lectionem, in quo manifestè legebatur *Ἐκαταίῳ τῷ Μιλησίῳ ἐν β' ἥρῳ ἐλεγχάν*, omnes excusi habent *ἐν β' ἥρῳ* vno verbo, quid igitur dicendum? nos ex *ἥρῳ ἐλεγχάν* composuimus vocem elegantissimam *ἡμεαλογιάν*, & restituiamus hoc loco *ἐν τῷ β' ἡμεαλογιάν*, idest Hecataeus Milesius in secundo de Genealogiis, vsus erat vocabulo *ἀδελφίζῃ* pro *ἀδελφῶν καλῇ*. Abare Latini, teste Ausonio *fratris Abare vice*. Hecatæum autem Milesium libros Genealogiarum composuisse nemo doctus ignorat, citatur primus illius operis Genealogici liber apud epitomatores Stephani, v. *ἀμφαιαί, ἀθάλη, μελία*, quartus v. *μύησι, περὶ μύλη, βρώπη* & aliis innumeris. Tertius apud Athenæum lib. 4. vt nullum dubium relinqui possit quin certa sit coniectura. l. 21. pro *Στραγίδι, Στρατῆιδι* substituiamus. Strattis & Apollonophanes eandem fabulam docuerant *ἰφ. ἥροις* scilicet, hoc te docebit præ-

stātiſſimus Casaubonus in animad. suis ad Athen.

Pag. 6. l. 23. & vlt. deerant hæc in omnibus excuſis quæ à nobis suppleta fuere, tum ex Cod. Fed. Morelli, tum ex Vaticano. porro haustum est hoc ἀδημονύσης ex orat. Demosth. de falsa legat. ἀδημονούσης, inquit orator, δὲ τῆς ἀνδραπόου καὶ ὅτε ἐπὶ λούσης. Harpocraton ἀδημονύσης id est ἀπορούσης. Vlpianus plenius ἐδὲ εἰπεῖν βρώσης, καὶ ὅτι καὶ ἀνδραπόου τὴν βοήθειαν, ὅτι ἀδημονύσης, ἀλλὰ τῆς φύσεως πλεὺς ἀνδραπόου ὅτι τῆς λέξεως ἐνέφλεον, ὅπως οἶδεν οἰκείοις χρῆσθαι ὀνόμασιν σημαίνουσι τῇ ἀνδραπόου ἀνδραπόου τῆς φύσεως.

Pag. 7. l. 12. confusio quæ hoc in loco reperiebatur sublata est, cum enim tum in excusis, tum in manuscriptis legeretur Ἀνδρῶν εἶπεν. ἀδικίᾳ vno spiritu, voculam ἀδικίᾳ restituiamus à capite, & omnia in ordinem redegimus: qui sapius in hoc opere desiderabatur. Ceterum quænam esset illa ἀδικίᾳ actio apud Athenienses solus (ut opinor) Harpocraton explicauit, alij enim obmutescunt, aut potius balbutiunt. Suidas more suo Simiam agit.

Pag. 8. l. 1. Antimachi Heliopolitæ versus ex opere χρημοποιίας ita distinximus.

Pag. 8. lin. 12. de ἀδυνάτοις videnda integra oratio Lyſiæ quæ adhuc superest. hos autem merito conſeras cum veteranis & causariis militibus quos nos Galli vocamus *oblais*, quasi oblatos.

Pag. 8. l. 22. & 23. & pag. 9. lin. 1. non est verum Thucydidem in procæmio historiæ suæ ita loquutum esse, ὅπως μὴ οἶω μοι δοῦν' αἰεὶ τεινὴ λήρην, nec inuenies

inuenies vnquam αἰ pro ἕως vsurpari, quin iungatur statim cum δῦρ: & tamen simplex αἰ dixit Harpocraton pro ἕως multoties sumi, crebrumq; eius vsus esse, atq; in ipsomet exemplo suppositio quod ex Thucydide profert, contrarium apparet: δῦρ αἰ enim illic legitur ὃ ἀπλῶς αἰ. Nunquam vt verum fatear, verum huius notæ sensum venari potui, quare hic se exerceant acutiores & videāt vtrum hæc ænigmata soluere possint. Scholias. Æschyli, ad illud Dirarum (ὃ δῦρ αἰ πρὸ τῷ χλω ὃ μὲρ μομφῃ) aliquid subsidij afferre posse videtur ἕως inquit δῦρ. τὸ αἰ ὅτι τῷ ἕως παῖσι οἱ Ἀθηναῖοι πολλάκις. δῦρ μὲρ μοι τὸν δ' αἰ τείνοι λόγῳ. Quisnam ille Atticus qui ita loquitur? an Thucydides? ita censet Harpocraton. videndus Thomas magister diligenter, qui ex eo etiam aliquid ad horum illustrationem proferre videtur.

Pag. 9. lin. 2. seruato ordine alphabetico vocem ἀφῆτο reposuimus ante vocem ἀφλογία, licet repugnarent & reclamarent manuscripti omnes, quis enim non videt vocem αἰδρις è suo loco etiam malè diuulsam? nos post ἀδέσταθα censuimus collocandam, & in hac voce ἀφῆτο nomen Antiphontis restituendum, nam sine eo absurdus planè sensus ex verbistruncatis excusorum eliciebatur. ἡ λέξις παρὰ τὴν Διογηνεῖα ἐν ἀληθείας δὲ τῷ excusum erat: addidimus nos Ἀντιφῶντος, orationum enim de veritate autor Antiphon. Coniecturæ nostræ suppetias venit Suidas, apud quem malè separatim legi-

tur, αἰ, ἐς, alibi quidem rectè ἀδεσὺ vno verbo legitur, sed malè vt hic, deest vox Ἀντιφάνης. Quis autem sit Diogenianus iste de quo Harpocraton hoc loco, abundè te docebunt Suidas in eius vita, & Hesychius in epistola quàm ad Eulogium socium suum scribit. Certè ex verbis auctoris nostri colligi posse videtur, de voce hac ἀδεσὺ egisse illum in opere quod inscriptum erat, λέξας παρὰ παρὰ καὶ ποιητῶν, vbi sine dubio ex Antiphonte in oratione secunda de veritate, retulerat ἀδεσὺ πῶς αἰδιότῃσι significare. Quod additur de βίεσσι adeo verum est, vt ab ipsis Herodoti Glossis tanquam legitimum dignoscatur, βίεσσι (inquiunt) ἢ βιημορία, βιημερία, ἢ καλλίστη τῶν ἐπὶ ἀφρογῶν: Διοχίμαρος αὐτὸ τῷ σ. γράφει. quid si pro βίεσσι legas βίεσσι? hæc est sententia nostra.

Pag. 9. l. 6. ex duobus verbis malè diuulsis vnum rectè confluimus ἀφλογία, quæ est contraria ἀλογίας, de qua videndus Thomas magister. Genethlius autor est Demosthenem hanc vocem ἀφλογία formasse, nec enim apud alios autores inuenitur, nisi ἁπλοῦς, licet Harpocraton hic Isæum producat in testem. vide amplius quæ Vlpianus in enarrat. ad orat. de falsa legat.

Pag. 9. lin. 9. illaudato loco laudatur hic Lysias, poteramus nos si voluissimus supplere ἐν τῇ ὑποφύσσῃ σπουδῇ ἀπλογία. Sed quis nescit multoties in hoc opere laudari priscos autores incertis & non indicatis locis? hoc apertè docere potest syllabus quem

in operis coronide addidimus. *Lyſia* verba in apologia de ficu sic habent, *κυκλῶν δὲ ἰδὼς πείχῃ, ἀμφοτέρωθεν δὲ γάιωνες περικυῖον, ἄερκτον δὲ καὶ πρυτανεύον καὶ τὸν ὅτιν.* Quidam scripsere *ἄερκτον* ἀπὸ τῆς ἔρκως. Autor lexicographus *ἀνέκδοτος* cuius hæc sunt verba, *ἄερκτον δὲ ἀφῆκτον, οἷμα ὃ ἄερκτον γράφεται, ἔρκως δὲ δὲ περικυῖον.* *ἄερκτον* igitur vel *ἄερκτον* non scriptum & incustoditum significat, rei agrariæ Græcorum vox nisi fallor peculiaris.

Pag. 9. l. 16. post vocem *ἀζωλα* curauimus repouendam vocem *ἀζήτων* quam posterior editio non agnoscebat.

Pag. 10. l. 1. non *Ἀθμωνδὲ* & *Ἀθμωνία* vt vulgò excusum & exaratum est, sed *Ἀθμωνδὲ* & *Ἀθμωνία* scripsimus. vox *Ἀθμων* amplius est in manuscriptis quàm tamen addere nolimus. Quod vero spectat ad *Ἀθμωνδὲ* & *Ἀθμωνία* certissimū est ita scribi debere. Comicus in pace, *πρυγῆος Ἀθμωνδὲ*, enarrator antiquus. *Ἀθμωνδὲ* ἀπὸ δήμου ἀττικῆς. Hefych. *Ἀθμωνία*, sic enim legendum non *Ἀθμωνδὲ*, *φυλὴ τῆς Ἀθιδος Ἀθωνίας*, vnde *Ἀθμωνιάδης* ad illum populum Atticæ ἀφικνεσθαι. Stephani epitomator *Ἀθμωνίω* non *Ἀθμωνίας* agnoscit, & *Ἀθμωνον* in neutro. Certè multoties exaratum inuenitur *Ἀθμωνδὲ* & *Ἀθμωνία*, vt apud Demosth. contra Neær. *ἐπικτήτος Ἀθμωνδὲ μῆτρως*, sed melius mea quidem sententia, semper legeretur *Ἀθμωνδὲ*, *Ἀθμωνία* & *Ἀθμωνί* aduerbialiter, vt apud Iſeum in orat. de Philect. hæreditate. *ἀπὸ δὲ ὃ ἀγροῦ καὶ Ἀθμωνί πέντε καὶ ἑξήκοντα μισθ.* Et apud Stra-

bonem lib. 14. ὅτι ἄρβηλας κατοιχίας ἀξιόλογον κήρυμα,
(ὡς φασι) Ἀρβήλας τῷ ἀθμονέως, non enim ut cruditissi-
mus interpres, quod eius pace dictū velim, Arbeli
Athmonci filio vertendum censeo, sed Arbeli
Athmonensis id est ἄξ ἀθμονίας oriundi: quo sen-
su etiam accipitur apud Stephani mutilatorem
voce Ἀρβηλας.

Pag. 10. l. 12. nolimus vulgarem lectionem hic
retinere, quamvis omnes manu exarati Codices
cōsentirent, non enim Nymphodorus αἰγίδας à Li-
byis vocatas esse αἰγείας docuerat, sed Herodotus
potius in Melpomene: quo loco ait αἰγείας γὰρ (sic
legendum) non αἰγίδας, ἀλλ' ἐκλήγονται ψιλὰς, ἀλλ' ἐπὶ τῷ
ἐσθίῳ θυσαμῶνι, αἱ λιβύων καλεσμέναι ἐρυθροδύμῳ, ἐκ
δὲ τῆς αἰγείων πύτων αἰγίδας οἱ Ἕλληνες μετανομάσαν.
Græci αἰγίδας suas vocauere à Libyorum Ægeis
teste Herodoto, ergo Herodotus ille est qui mo-
nuit Ægidas Græcorum à Libyis dictas fuisse αἰ-
γείας. Audi eius Glossas αἰγίς, ἡ δὲ Λίβυες φοροῦσι δρεάν.
At cur autoritate Nymphodori vsus est Harpo-
craton? nempe ut probaret Lacones Thoracem
αἰγίδα vocare solitos, habeo Hesych. autorem qui
est soluendo. Νυμφόδδρος δὲ (inquit) καὶ τὸν θώρακα
αἰγίδα λέγεσθαι φησὶν ὑπὸ λακόνων. Ita igitur conci-
piendum curauimus hunc locum. καὶ Νυμφόδδρος,
Ἡρόδοτος δὲ ἐν πεντήκτῃ τῷ τέτῳ φησὶν ὑπὸ λιβύων αἰγείας
καλεσθαι. Quæ omnia vera sunt.

Pag. 10. l. 16. πεισθῆναι hic mutauimus in μεταπι-
σθῆναι ope Codicis Fed. Morelli. Suid. habet μετα-

ποιησῶμεν. At coniectura nostra Lysianæ orationis epigraphem sic restituimus, Λυσίας ἐν τῷ καὶ Δημοσθένος ἐπὶ Ἑσπίας, malè erat antea Δημοσθένος. lectiones nostræ de hac oratione plura te docebunt.

Pag. 10. l. 21. vocem αἰδρίας quæ supra contra ordinem alphabeticum, post αἰεὶ collocata erat, in hunc locum reiecimus non mala ut opinor ratione.

Pag. 11. l. 6. & 7. putauimus aliquando coniungendas has duas voces Αἰνεύς & Αἴνιος, sed ad mutandam sententiam proni fuimus, qui didicerimus alios esse Αἰνίτας, alios Αἰνεύς, vel Αἰνίτες, nam ita potest scribi. Αἰνί Αἰνίας πόλεως sunt ciues, autor in-nominatus apud Suidam συνεβάρη δὲ τοῖς Αἰνεύς παλαιὰ μὲν εἰσαίρειν, παροσφάτως δὲ κατὰ μὲν, τοῖς μὲν παρὲς αἰών, τοῖς δὲ παρὲς Μακεδονίαν. Αἰνίται Αἰνίας Tyrreniæ ciuitatis habitatores: Αἰνίται Μιτυλήνης & Κυμης ciues dicuntur. Suidas Ephori verba quæ hic leguntur paulò immutauit: legit enim πάλιν οἱ Ἑλλήες τὰ παλαιὰ Ἀλωπεκηνιστοῖς κατὰ κισθρ.

Pag. 11. l. 13. & 14. duo hoc in loco præstita sunt, iunctis enim inter se duabus vocibus antea malè luxatis & diuulsis, Αἰξωνίς & Αἰξωνίς scripsimus, nō Αἰξωνίς & Αἰξωνίς, quia ordo literarum hoc poscebat. Rectè autè dicitur & Αἰξωνίς & Αἰξωνίς ut apud Ammonium voce ποτιρρόν. Φιλήμονα τὸν Αἰξωνίαν, malè hodie legitur Αἰξωνίαν. Philemon Αἰξωνίαν idest τῆς Αἰξωνίδος tribus ciuis.

Pag. 12. l. 5. ante ἀκινάκης vocem ἀκνη reposuimus, sed malè accentu graui in vltima notata fuit, si fidē

habemus Hermolao Byzantio, qui omnia nomina urbium aut locorum dissyllaba in *κη* desinentia βαρυνέσθαι docet hac voce. ita etiam apud Strabon lib. 6. optimè ἀκη exaratum est non ἀκη. in verba vero Demosthenis orat. aduersus Callipum, quam hic laudat Harpocration nondum incidi.

Pag. 12. l. 12. ex manuscripto Federici Morelli hic post ξίφος suppletum est, Δημοσθένος ἐὶ πρὶς καὶ πρὸς χεῖρας, quæ verba desiderabantur in præcedentibus editionibus: in ea oratione de Acinace Mar- donij agitur.

Pag. 13. l. 4. ex ἀκτία & ἀκτία vnum tantum confecimus ἀκτια. Porro ἀκτία vetus certamen erat, de quo Callimachus ἐὶ πρὶς τοῦ ἀγῶνος. Huius agonistici libri neminem inueni ex antiquis qui meminerit. vnus Suidas refert non Callimachum, sed Philochorum decem & septem libros τοῦ πρὸς ἀκτιῶ- σιν ἀγῶνος composuisse. at vero Ακτιακῶν ludorum alij trieterici, alij pentaëterici: de trietericis intelligenda sunt illa Virgil.

Ακτιάque iliacis celebramus littora ludis.

Pag. 13. l. 7. in oratione Demost. τοῦ Ἀλκαίου. Hactenus lectum fuit, ἵστανται ἑαυτοὺς ἀγασσάμενοι ἑαυτοὺς, καὶ τὸ μῆδος: quæ dicta sunt in Æschinis fratrem Philocarem qui pictor erat excellentissimus, nos non ἀγασσάμενοι illic legendum esse censuimus, sed ἀγασσάμενοι, vt legisse videtur Harpocration, sic amant loqui Atticorum filij. Testis Thom.

Magister. Ἀλ' ἄβασον (inquit) διχὰ τῷ ρ Ἀθηναίῃ, μὴ τῷ ρ
 ἁπλῶς Ἑλλήνεις. Ergo Demosthenes qui Atticissimè
 loquitur non Ἀλ' ἄβασον ῥήκας cum ρ', sed Ἀλ' ἄβασον ῥή-
 κας ρ' dempto dixit. Ælius Dionysius etiam apud
 Eusthat. asseuerat à Menandro Ἀλ' ἄβασον sine ρ' di-
 ctum, atqui Menander Atticis leporibus gaudet
 impenis. Ἀλ' ἄβασον Lecythi aut vasa sunt sic dicta
 quod capi non possint propter læuorem, ὥς οὐκ ἔστι
 λαβέσθαι ἀλ' ἄ τιν' ἀφόρητα, des vases qui n'ont point de
 prise, ansas non habentia, λαβὰς, aut ὥτα (vt lo-
 quitur Comici enarrator.) Vlpianus Demosthe-
 nis verba relata enarrans refert vnguentarios pin-
 gere ea solitos fuisse vt facilius emptores decipe-
 rentur, aut allicerentur ad emendum. Latini Ala-
 bastra dixerunt Martial. epigr. 9. lib. xi. quod Cosmi
 redolent Alabastra, id est ampullæ vnguentariæ aut
 pixides.

Pag. 13. l. 12. ὄνομα δήμου vulgò hic legebatur, me-
 lius visum est δημότου vt habent quidam exarati,
 non enim populus sed δημότοι ita vocantur, ita
 apud Dionys. Halicar. epist. ad Ammæum, ex Phi-
 loch. Atthid. lib. 5. Theophrastus Ἀλαεὺς dicitur sic
 legi debet, nō Ἀλλαεὺς vt hodie excusum est. Apud
 Demosth. orat. contra Conon. Ἀρχεβιάδης δημο-
 πολὺς Ἀλαεὺς.

Pag. 13. l. 16. Ἀλαεὺς autore Harpocratiōne nomen
 Thessalicæ ciuitatis est, nam Θεσσαλικὴ non Θεσσα-
 λωίκης legendum hoc in loco, cuius ciues Ἀλαεὺς vo-
 cantur, Suidas habet (vt existimo) male Ἀλαεὺς. En

tibi Demosthenis ex orat. de falsa legat. verba. *Οἱ Ἀλφεῖς τῆς Θεσσαλίας*, ergo *Ἀλφεῖς* ciues illius ciuitatis quæ in Thessalia *Ἀλείας* vocabatur. Ita censent Harpocraton & Suidas post eum: sed vereor ne aliud esse debeat ciuitatis nomen, certissimū enim est Halum cum Atheniensibus fœderatam fuisse contra Philippum: Pharsalum vero cum Philippo contra Athenienses. Demosthenes illo loco loquitur de ciuibz illarum ciuitatum, igitur *Ἀλφεῖς* ciues erunt τῆς Ἀλφείας, de qua vide Vlpian. Demost. verba interpretatē. *Ἀλείας* fortè accusatiuus pluralis est simplex, cuius contractus *Ἀλφεῖς* ab *Ἀλφείας* *ὁλοκληρώς*.

Pag. 13. l. 18. 23. & pag. 14. l. 1. De variis Alexandris multa hic protulit Harpocraton. Nos eius verba ita emendauimus vt excusa sunt. Tertia Demosthenis Philippica hic laudatur, sed quidam manuscripti habēt ἐν 6^ῃ Φιλίππικῃ. idest in sexta. Certe magna difficultas est statuere, an Philippica quæ hodie secunda vulgò creditur, tertia, an sexta, vel septima secūdam Dionys. Halicar. vocari debeat. notarum breuitas nō sinit nos latius euagari, quare intra septa nos continemus, in lectionibus nostris abundè hæc quæstio agitata & vexata est. Ceterum quod hic ait Harpocraton Alexandrum illum *φιλέλληνα* Amyntæ filium, patrem vero Perdiccæ à Mardonio fuisse missum ad Athenienses, vt terram & aquam postularer, valdè notandum est, nam ita apud Æschinem rex quidam Persarum

rum in orat. contra Ctesiphont. aquam & terram à græcis postulauit, ὁ γὰρ δὲ ὕδαρ τοῖς Ἑλλήνας αἰτῆς (ait ille) vide integrum locum, & aduerte morem illum terræ & aquæ petitionis. ὅς μὲν Ἀμύντου πατρὸς ὃ Περδικῶν ante hic legebatur, nos restituiamus πατὴρ: ita etiam paulò post verba Demosthenis ex orat. de fals. legat. sic correximus, κρίτοι τῶ ἀποκτεινάντων Ἀλέξανδροι ἢ οἱ ἀδελφόν τῷ Φιλίππῳ οὕτως Ἀπολλοφάνης, male habebant excusi & exarati omnes puncto anteduo postrema verba adhibito, ὅπως Ἀπολλοφάνης. non vt autor quidam laudatur hoc loco Apollophanes, imò Pydnæus hic Apollophanes est, vnus ex his qui Alexandrum Macedonem Philippo gradiorem natu interfecerunt: eius filiolarum à Satyro quodam Comico beneficio Philippi regis in libertatem ex Olyntho assertæ fuere.

Pag. 14. l. 21. immanis & portentosa lacuna partim ope manuscrip̃ti cod. partim auxilio magni etymolog. hoc loco suppleta est. ἔστι γὰρ οἷον ἀλὸς πεδίου, reliqua desiderabantur, ἥτοι ὁμαλὸν πεδίου, καὶ πετειμῶδες καὶ ἀληλεσμένον, rursus ὡς Ἀριστοφάνης Δαγπαλῶσι. Cætera docerant, ἀγρίον. & ne quid dissimulem, manifeste in manuscriptis aliquid aliud desiderari apparet, sed si bene aduertas, sensus perfectus est & absolutus. En tibi mentem puram putam autoris. ἀγρίον duplicem habere potest spiritum, vel lenem, vel asperum: si asperum, tunc ita dictum est quasi ἀλὸς πεδίου, si lenem, quasi πεδίου πετειμῶδες ἢ ἀληλεσμένον, quomodo Aristophanes Δαγπαλῶσι in conuiuiis, hæc scripsit ἐν ἀγρίῳ cum spiritu leni scilicet.

ἐν ἀντίδω igitur verba Aristophanis sunt. aliam huius vocis etymologiam quæ ab Harpocracione affertur non tangimus.

Pag. 15. l. 5. 6. Quis non videt Ἀλιμύσιοι scribendum fuisse, & sequentem vocem Ἀλιμῶν coniungendam? Supra in voce Ἀλασκαῖς Halimusiorum nomen, de quibus hic agit Harpocracion, à nobis restitutum est. quàm vera autem & firma sit coniectura nostra hic vnicus locus quem præ manibus habemus, luculenter indicare potest, vt & integra Demosthenis πρὸς Εὐβυλίδην ἑφεσις, in qua de Halimusiis multa. Etymologus rectè populum hunc dictum vult ἀπὸ τῆς ἐκείσε ἀγῶν, quomodo Ἀγροῖς, ἀπὸ τῆς ἀγῶν de quo supra, & Ραμνοῖς, ἀπὸ ῥαμνων de quo paulò post.

Pag. 15. l. 15. Alcibiadem & eius proauum matrum bis ostracismo mulctatos fuisse docet Lysias ἐν τῇ κατ' Ἀλκιβιάδου λεγομένῃ. male hic legebatur καὶ δὲ πρὸς πατὴρ παππὸν, restituimus nos μητρὶς freti autoritate manuscriptorum, & Lysiae verbis quæ sic habent in illa orat. καὶ δὲ τούτῳ πατὴρ ἄποιν ἡγῶμαι, καὶ ἐνθυμηθῆναι, ὅτι Ἀλκιβιάδην πατὴρ δὲ πρὸς παππὸν αἰσῶν, καὶ τὸν πρὸς μητρὶς Μεγακλῆα οἱ ἡμέτεροι πρῶτοι δὲ ἀμφοτέρους ἐξωστράκισαν. Ergo Megacles ille est Alcibiadis auus maternus, qui bis per signa testarum è ciuitate ciectus est. Multi autem Alcibiades fuere, Harpocracion tres commemorat, vetus enarrator Aristophanis in Ranis quatuor fuisse asserit. Quicquid sit ego ciccum non interdum. diligentius & solidius examinanda esse quæ se-

quantur existimo ἔστι δὲ Φηρόσιος Ἀλκιμάχου ξένος.

Pag. 15. l. 22. & pag. 16. l. 3. 4. 5. Alcimachi duo, alter Anagyrasius exercitus dux, & belli quod gestum fuit contra Philippum præfectus, de hoc Demosthenes sapius in ea quam composuit contra Euergum & Mnesibulum, sed illic semel male legitur Ἀλκιμος pro Ἀλκίμαχος, ut apud scholiast. orat. de Corona, quo loco de Alcimacho Philippi Nauarcho in Peparethi expugnatione agit. Hic Macedo fuit ut docuerat Hyperides in oratione contra Demadem. Hyperidem autem & Lycurgum orationes contra Demadem composuisse certissimum est, ex Athen. Harpocrati. Suid. & vetere Comici enarratore, ut à nobis latius probatum est in dissertatione quam paratam habemus de veterum rhetorum orationibus. Hyperides igitur in orat. contra Demad. de Alcimacho Macedone verba fecerat, quantum colligere licet ex verbis quæ ab Harpocrat. ex illa orat. adducuntur. Quia vero paulo corrupte hæc hætenus legerunt omnes, ita nos redintegrauimus Ἀλκίμαχον ἢ Ἀντίπατρον Ἀθηνάϊον ἢ Περσέον ἐποποιήματα : quid essent Athenis Περσέων te docebunt eruditissime Suidas & Erotianus in Lexicis suis. At vero huius Alcimachi δημογραφίας descripsisse Anaximenem in secundo de historia Alexandri, & contra illam orasse Demosthenem indicare videntur postrema autoris nostri verba, quod valde singulare est.

Pag. 16. l. 13. vide supra differentiam quam posuimus inter αἰολοχίδην & αἰολοχίδην, nihil magis con-

trariū quam obmutescere & semper loqui. ἀλογία laborat quis cum rationibus abundat. ἀλογία vero cum ἄλογος est, & μηδὲνα λόγον ἔχει, ut ait Harpocration.

Pag. 16. l. 14. verba ἀλογον ἐραμιστῶν, ἐραμιστῆς, ἐραμιζοιτοίς, ἐμμιλῶσι δίχα, κατὰφορὰν, & πληρωτοῖς ad idem referuntur: ad morem scilicet stipites conferendi, & eleemosynam erogandi his qui ex sociis egestate premebātur. De hoc multi multa, vnus Casaubonus ad Theoph. characteres instar omniū esse potest.

Pag. 16. l. 20. Archelaum res Euboicas scripsisse nusquam legi, chorographum quidem illum qui terræ ab Alexandro peragratæ descriptionem composuerat καὶ τῶ Ἰδομφῶν, & alios Archelaos noui, de quibus Diogen. Laërt. Suid. & Athen. sed nullus eorum res Euboicas quod sciam scripserat. Αρχέμαχος igitur ex restitutione nostra hic legendum est. οὗ πατέρα Εὐβοικῶν. Archemachus ille est rerum Euboicarum scriptor, de quo Clemens Alexandr. Stromat. 1. & Athen. lib. 6. dipnos. eius liber tertius de rebus Euboicis ab illis autoribus laudatur ut patet: Plinius lib. 7. Archimachum vocat, sed quis adeò blennus est, ut non videat Archemachum illic legendum esse.

Pag. 17. l. 26. inscriptio huius orationis quam composuerat Lycurgus, ita semper habet apud hūc nostrum autorem. Suidas αὖ ἐραστίας potius legisse videtur, refert enim Lycurgum αὖ ἐρωστέως, & αὖ ἐραστίας orationem habuisse, l. 6. insignem lacunam quæ nec ope ipsorum manuscriptorum

restitui poterat, ita repleuimus ex coniectura, *Ευεπίδης* ἐν τῷ ὁμωνύμῳ, Alopem enim fabulam docuisse Euripidem sic probamus. Tryphon ἐν δακτύλῳ τοῦ Ἀθήνης ἀγαλέκτου, ex Alope Euripidis duos hos versus affert apud Ammonium voce *ἔχρῳ*,

Ὅρῳ Μισαῖδρον τὸν δι' ἡμιτάδα ἐπὶ λον
Στήχοντα θεῶν ἐκ ἔχρῳ πεπαυμένον.

Inde apud Hesych. voce ἀπαρτίστης restituendum *Ευεπίδης* *Ἀλόπη*, truncate hodie legitur & peruerse *Ἀληπ'*. Idem mendum ferme exstat apud autorem etymologici verbo ἡδίαθω, illic enim pro *Ἀλόπη* restituendum est *Ἀλόπη*.

Οὐ μὴ σὺ γ' ἡμᾶς τοὺς τεκόντας ἡδέσῃ.
Fragmentum est ex eadem fabula allatum. Stobæus ferm. cxciii. hos etiam versus ex Alope Euripidis affert, qui valde notandi sunt.

Τί δ' ἄντα μοῖρ' εἰς γυναικῶν χάρις
Φερεσῶντας· αἱ γὰρ αἱ τιθραμμέναί πλέον
Σφάλλοισιν οἴκους τῶν περὶ μετρημένων.

Carcinus poeta tragicus Alopem etiam fabulam docuerat, teste Aristotele Ethic. lib. 7. cap. 8. ἢ ὁ Καρκίνος ἐν τῇ Ἀλόπῃ Κερκύων. Eodem modo autem quo Pollux cum de Crapatallis loquitur, Pherecratem Comicum laudat. ἐν ὁμωνύμῳ, δράματι, id est in fabula cognomine, in Crapatallis. Ita etiam Harpocraton hoc loco dum de Alope agit, Euripidé laudat in cognomine fabula, ἐν ὁμωνύμῳ, id est in Alope. Multa alia exépla adducere possem, ex autorib. priscae antiquitatis, quib. probaté solitos

cos fuisse, dum de quadam re quæ fabulæ cuidâ aut dramati componendo ansam aut hypothèsim præbuisset, agerent, autorem qui drama docuisset *ὁ δὲ μὲν* laudare, ne easdem voces repetere cogerentur, sed hæc in præsens sufficient ad confirmationem restitutionis nostræ.

Pag. 17. l. 11. de festo quod vocabatur Athenis *Ἀλωα* latius à nobis actum est *ὁ σιναγωγῆ* quam confecimus de festis antiquorum vna cum *σιναγωγῆ* altera legum Atticarum: monebimus tantum hic per transennam mire deceptum fuisse Demosthenis interpretem in explicatione verborum quæ exstant in orat. contra Neæram, nam ad illa notabat hæc Harpocration. Ita orator loquitur. *καὶ ὅτι Σινώπῃ τῇ ἐπαύρῃ Ἀλώοις*, (vno verbo, non vt interpret disiuncte *ἀλὼ οἷς*) *ὅπῃ τῆς ἐχάρας τῆς ὁ τῇ αὐλῇ Ἐλευσίνι περὶ σαυροῦσι ἱερῶν θύσκει*. Interpres vertit, *qui ex de alijs rebus est accusatus, ex Sinopæ meretrici victimam adducendi ad aram Eleusiniam mactasse ferebatur*, oīs autem contractum putat ab *οἷας*, idest oues, *περὶ βαπ*, quæ quàm absurda sint, & ratione careant nemo non videt. Eadem tamen hæc verba fraudi fuerunt doctissimo Dalecampio qui dum decimotertio dipnos. Athen. plura ex Demosthenis orat. contra Neæram interpretatur, hæc ita vertit: *Quod per baloæ Eleusine in cœnaculi foro Sinopæ amica illuc deducta rem diuinam fecisset*. Melius mea quidem sententia & cōsultius *Ἀλώοις* illud interpretaberis si dicas Haloorū tempore, idest dum festum quod Athenienses vocabant *Ἀλωα* peragebatur. Viderint docti & decreuerint.

Pag. 17. l. 21. Isocratis oratio Philippica illa est quæ inscribitur hodie ὁ πρὸς Φίλιππον, aliquando simpliciter & nudè ab autore nostro Φιλίππου vocatur vt verbis αἰαρεθείς, & ἀπὸ ῥητόρων. Ita Aristoteles cap. 3. rhetor. Ἰσοκράτης ἐν τῷ Φιλίππῳ καὶ ἐν τῇ αἰνέσει dixit. In ea igitur oratione loquutus erat Isocrates teste Harpocrate de Amadoco: atqui in tota oratione ne vola quidem aut vestigium de illo, nisi dicamus Medocum eundem esse Amadoco, in quam sententiam pedibus iuisse magnum virum probe scio, ὅτι πρὸς, inquit Isocrates Μηδόκῳ (melius legeretur Ἀμαδόκῳ vt Harpocratio,) τῷ παλαιῷ δεξιῷ τοῦ ἐν Χερρόνιῳ γυμνασίου. Vide plura de Amadoco in orat. Demosth. contra Aristocratem.

Pag. 18. l. 3. incidit in hunc locum præstantissimus nostræ tempestatis vir còque vsus est ad illustrationem operis quod moliebatur, sed nullo detecto errore hæc in emendata reliquit. Nos Isæanæ orationis epigraphem quæ corruptissima erat, omnino restituiimus: antea erat, Ἰσᾶς διέλεκται ἐν τῷ πρὸς Διοκλέα πρὸς τῆς Ἀμαζόνος ἀφιέρσεως. Nunc est πρὸς Ἀμαζόνων ἀφιέρσεως Ἀθηνῶν, id est de Amazonū consecratione Athenis. Glossæ veteres ἀφιέρω consecro, dedico, deuoueo, ἀφιέρωσις & καθιέρωσις de donis quæ dedicantur: ἀφιέρωσις vero & καθιέρωσις de victimis quæ mactantur. Ita distinguere amant Atticorum filij, potest hic & ἀφιέρωσις & καθιέρωσις legi, sed rectius ἀφιέρωσις, de consecratione enim Amazonum agebat Isæus in illa oratione. Verum quænam illa consecratio? Audi Æschylum qui in

Eumenid. hoc te accuratissime & elegantissime docebit.

Πάρῳ δ' Ἀρειὸν τίω δὲ Ἀμαζόνιον ἔδρατ,
 Σκηναί θ' ὅτ' ἦλθον Θησέως κτ' ὄρνον
 Στρατηγὰς τῶσιν, καὶ πόλιν νεόπτολιν
 Τίω δὲ ὑπὲρ Πύργον αὐτὸν Πύργωσθαι ἴτε,
 Ἀρεὶ δ' ἔθνον, ἔσθην ἔς' ἐπάνυμος
 Πέτρα, πάρος τ' Ἀρειος.

Amazonium igitur illud, siue locus quem Athenis pro arce belli muniuerant contra Theseum Amazones, & in quo Marti hostias immolarunt, Martis Petra vocatus fuit *Ἀρειος πάρος*. Ne quæras aliâ Arcopagi, & Arcopagitarum originationem. De Amazonio vero, quod quidam *Ἀμαζόνιον* vocant, vide amplius Plutarchum in Theseo, & Stephani mutilatorem hac voce.

Pag. 18. l. 9. *ἀμβλωθρίδιον* non tantum foetum abortiuum, vel quomodo loqueretur D. Hieronymus abortia significat, sed & pharmacum quod abortiuum facit, vt cum Plinio loquamur, *ἀμβλωθρίδιον φάρμακον* dixit Lysias, *ἀμβλωμα* Antiphon teste Polluce, cap. 1. l. 2. Harpocration docuit nos *ἀμβλωθρίδιον* foetum ipsum abortiuum significare. Lysias ille est vt patet ex Polluce, qui vsus erat hac voce in ea sine dubio in qua *ὅτι ἀμβλώσις*. Hypothesis illius orationis hæc erat, an foetus qui in utero gestatur homo sit: teste Theone Sophist. cap. 2. progymnas. huius orationis meminit aliquando Harpocration, vt voce *ἀμφιδρόμια*, & aliis. *ἀμβλωθείδιον* igitur non tantum foetus abortiuus est, aut abditivus,

uus,

nus, (vt more veterum loquamur, qui abditium pro abortiuo dicebant, Glossar. abditius ἀποπαιδής, contrarium τὸ indere abdere est) sed & abortionis medicamentum: quo sensu etiam sumitur in can. 41. concil. Ancyran, & in can. 91. Synodi 6. in Trullo, & apud Athenagoram in apolog. pro Christianis.

Pag. 18. l. 12. qui Isæo, Thucydidi & Xenophōti ἀμῖπτοι sunt, iidem à Philochoro πεζόδρομοι, à Quinto Curcio dimachæ vocantur. Hefychius eruditissime διμάχαι οἱ λεγόμενοι ἀμῖπτοι, οἱ πῆες ὅτε μὲν πεζῇ, ὅτε δ' ἐφ' ἵππων μάχονται. Pugnant igitur ex equo & pedibus ἀμῖπτοι. Pedibus eos pugnasse docent Thucyd. & Xenophon, vt nos monuit Harpocration, ex equo vero Isæus ἐν πεδυνῷ, ita inscribatur illa oratio. Interpretes Xenophōtis & Thucyd. quia non videbant satis acutè, quinquam apud veteres essent ἀμῖπτοι, sæpius lapsi sunt, & pro ἀμῖπτοι male ἀῖπτοι legerunt. vir etiam quidam præstantissimus & nominis magni, ἀμῖπτοις desultores aut combinatores dici non posse constanter asseueravit, eo quod in vno quidem similes, in altero vero dissimiles sint, similes quatenus ἀμῖπτοι comites equi erant, vt loqueretur Val. Flaccus, idest iuncti: dissimiles quod in altero auriga insideret, ex altero vero miles armatus pugnaret: sed quod pace tanti viri dictum sit, si equi celites simul iuncti, in quorum altero ὀχίται ὁ ἐλαύνων, alterum vero πρὸ ἐλαύνων, si inquam equi illi ἀμῖπτοι dici possint, cur non recte interpretaberis ἀμῖπτοις desultores aut desulto-

res? Homerus cum desultorem describit Iliad. 6.

Θράσκων ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλον ἀμύσσεται.

Non tantum per combinatos, sed & per conquaturnatos equos desiliisse veteres canit. Atqui equi illi combinati aut conquaturnati ἀμύσσει dici possunt, vt nos docet Harpocracion, ergo desultorios equos non male ἀμύσσει dices. Res quidem eadem non est ἀμύσσει & desultores, sed quin ἀμύσσει recte voces desultores, nemo bonus & veritatis amās negabit. Festus pares vocat quasi ἀμύσσει, quod ex vno in alterum desilirent, vnde desultoria leuitas: Mart. Capella *desultoria pernit leuitate*. Aptē etiam & iucunde Apul. lib. 1. de asino aureo, Desultoriam scientiam dixit, metaphora sumpta ab illis equis, sicut enim desultores illi sunt qui ex equo vno in alterum desiliunt, ita desultoria scientia illa est, quæ nos docet modum linguam vnā in alteram transferendi, vel quæ ex alia lingua in aliam iam translata est. Sic intelligenda verba illa Apuleij quæ ab interprete non fuere percepta.

Pag. 19. l. 1. Himeræum, Phalereum, Demosthenem, & alios detulerat Dinarchus, itaque hoc loco non ἡμερᾶς, aut ἡμεῖς, vt habet Dionys. Halicarn. sed Ἰμερᾶς curauimus excudendū. In hac oratione contra Himeræum de Ammoni sacra trireme Dinarchus loquutus erat, vt nobis testatum reliquit Harpocracion. Quinque fuere sacre triremes, ab initio binæ tantum, processu temporis tres additæ sunt: priorum altera Salaminia vel Delia, altera Paralus vocabatur. Posteriorum alia Antigonis, alia

Ptolemaïs, alia Ammonis. Hæc sic dicta fuit quod per eam victimas ioui Ammoni mitterent. Vlp. in comment. ad Midianam Demosthenis, ὅτε ἐστὶν ὃ καὶ ἄλλας πρεῖς ἐγγύοντο, Αἰπυρίης, Πτολεμαίης, Ἀμμωνίης male hodie legitur Ἀμμωνιάς. Quem errorem retinuere interpretes versatissimus in Græcis, & peritissimus vir qui ex hoc loco, illa Sil. Ital. lib. 3. *squalientes campi illustravit.*

Pag. 19. l. 3. vetustum vt opinor errorem, & quæ ipse Suidas, & post eum Varinus retinuerunt, ab hoc loco expunximus. Prius excusum erat Ἀμωρίης Πισσούθης νόθος ὥς ἐστιν, vt & in Suida, & altero recentiore Lexicographo qui nondum vidit lucem. Nos restituiimus Ἀμόργης, Πισσούθης νόθος ὥς ἐστιν. Ipse ordo alphabeticus hoc poscere videbatur, sed & præterea codex Fed. Morelli aurem vulsit, in quo scriptum inuenimus euidentissime Πισσούθης. Filij quidem Amorges nomen corruptum in eo legebatur, verum cognito patre facile filium fuit inuestigare licet nothum & illegitimum. Itaque Amorges hic Darij Artaxerxis filij à quo descenderat, hostis Iasum incolebat, ibique captus à Peloponnésiis expugnata Iaso, & Tissapherni inferioris prouinciæ Prætori traditus fuit: vt Dario offerretur. Thucyd. lib. 8. πύθῃ ἀντιπρὸς ἑπὶ Ἰασόν, ἐν ᾗ Ἀμόργης παλῆμιος ἐν κατὰ πλῆθος. Et paulò post: καὶ μέγιστα ἐν τῷ ἔργῳ, οἱ Συρακούσιοι ἐπιπρέψαντες, καὶ τότε Ἀμόργην ζῶντα λαβόντες, Πισσούθης νόθον ὥν ἀφελόντα ὃ βασιλέως, ἀφ' οὗ διδύμασι οἱ Πελοποννήσιοι Τισσαφέρνη ἀπαγαγόντες, εἰ βούλεται βασιλεῖ, ὡς αὐτῷ ἀφελόντα ἐξείλετο. vide adhuc lib. 5. Herodoti.

Pag. 19. l. 26. de Amphidromiis agemus verbo ἐξοδομολογίας. inærim aduertendum est diem illam quæ ἀμφιδρομία vulgo vocabatur, aliquando δρομιάφιοι ἡμερ dictam fuisse. Hesychius testis omni exceptione maior. δρομιάφιοι ἡμερ, inquit, ἀμφιδρομία: ἐστὶ δὲ ἡμερᾷ ἐπὶ τῇ ἀπὸ τῆς ἡμετέρας, ἐν ᾗ ὁ βρέφος βασιζόμενος πρὸς τὴν ἐστὶν γυμνοὶ κέχρηται. Eadem forma apud Tragicos dicitur δούλιον ἡμερ, & apud Val. Flac. *nox dulia*. Sic enim legendum contra Politiani sententiam qui *nox duria* voluit.

Pag. 19. l. 22. & pag. 20. l. 8. non repetemus hic quæ de Amphictyonum concessu, de Pylis, Thermopylis, & Pylagoris, autor noster, & alij maiorū gentium retulerunt. Quid enim notas scribendo aliud possumus agere, quàm veluti in transcurso, quæ corrupta sunt restituere, & noua breuiter indicare? Igitur de Anaximene tria verba tantum. Duo fuere Anaximenes Lampfaceni teste Diogen. Laërt. vnus orator, alter historicus, oratoris qui Alexandri gesta descripsit ex sorore nepos. Huic doctissimus nostræ tempestatis vir opus quod vocabatur *περὶ τῆς Ἑλληνικῆς* attribuit. Opus illud in duodecim libros diuisum erat, ipso Diod. lib. 15. biblioth. teste. *Ἀναξίμενης ὁ Λαμφακίως, πρὸς περὶ τῆς Ἑλληνικῆς αἰχράναι, ἑξάμυθος ἀπὸ θεωρίας, καὶ ἀπὸ τῆς περὶ τῶν ἡμετέρας ἡμετέρας: κατέτροφε δὲ εἰς πρὸς εἰς Μακεδονία μάχης, καὶ πρὸς Ἐπαμεινώνδου πλεονεξίας: περὶ τῆς πᾶσι γένει τῶν Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων πολεμίας εἰς βιβλίους δώδεκα.* Athen. lib. 6. *dipnos. Ἀναξίμενης δὲ ὁ Λαμφακίως εἰς τῆς περὶ τῆς*

ἡγεμονίας ἐποικίας. Ita nos hoc in loco restitui-
 mus Αναξιμένης ἐν ᾧ τῇ Ἑλληνικῇ, cum malè antea
 esset ᾧ τῷ, non enim hic primus rerum Græcorū
 liber, sed integrum opus quod vocabatur ᾧ τῇ
 ἡ Ἑλληνικῇ laudatur. At vero vtrum cum doctis-
 simo viro opus istud Anaximeni historico, tribuere
 debeamus videndum est. Veteres quidem autores
 illi, quorum autoritatibus vti sumus, Anaximeni
 Lampfaceno opus istud vindicant, sed nec histori-
 co, nec oratori. Nos contendimus contra magnum
 virum oratori tribuendum. Orator historiam Ale-
 xandriæ Philippi composuit, hoc certissimum: at-
 qui vnus & idem autor historiam Philippi patris, &
 Alexandri filij, & ᾧ τῷ Ἑλληνικῇ composuit, er-
 go orator autor est primæ Græcorū historiæ. Quod
 autem vnus & idem autor tres illas historias com-
 posuerit luce meridiana clarius est, Pausanias in He-
 liacis hoc te docere potest his verbis. καὶ τῷ καὶ Ἀνα-
 ξιμένης οἶδα εἶναι αὐτῶν, ὅς ἐστι ὁ Ἑλλήνων ἄρχαια, καὶ
 ὅσα Φίλιππος ὁ Ἀμύντου, καὶ ὕστερον Ἀλέξανδρος ἐργάσατο
 συνέγραψεν ὁμοίως ἅπαντα. Eum qui contra ibit infi-
 cias, destitui mero sensu naturali necesse est.

Pag. 20. l. 12. frustra ex manuscript. cod. corru-
 ptissimum huius Marusæ nomen restitueretentavi,
 omnes in eodem errore versantur, & portentum
 hoc vocabuli nobis fingunt. Marusam nullum ve-
 terum monumenta commemorant, inter tot tan-
 tósque rerum Macedonicarum scriptores, qui ab
 Athen. Clem. Alexandr. Diogen. Laert. Stephano.
 Suida, & aliis laudantur, vt nullum superfit dubium

quin recte Marfyam ex Marufa fecerimus sola coniectura. Marfyas ille est qui res Macedonum scriptis mandauerat. Duo autem fuere autores cognomines, vnus *πρεσβύτης* alter *νεώτερος*: vterque (quod non est ignorandum) rerum Macedonicarum historias cōfecerat. Ipse autor noster testis verbis *αὐτῆς*, & *μύρταμον*. Vter hoc loco laudetur an *πρεσβύτης*, an *νεώτερος* nemini mortalium pater.

Pag. 20. l. 16. De verbis *ἀμφισβητεῖν* & *παρεγκαταβάλλειν*, vt & de *ἀντήραφῃ*, & aliis ad hæreditatum controuersias pertinentibus, crudite Budæus in comment. ling. Græcæ, nos quædam addemus verbis *ἐπὶ κληρονομίᾳ* & *ἴσῳ*.

Pag. 21. l. 5. verba hæc Aristotelis ex Opuntiorū republica *Ἀνδραίμων* δὲ *ὡς οἰκιστὴς* notatu dignissima sunt. Andræmonis monumentum vna cum Gorge Oenci filia vxore sua sepulti, Amphissæ exstare refert Pausanias, quod opus vnum erat ex memorandis, quæ in ciuitate illa reperiebantur. *καθόσμηται δὲ, inquit, ἡ πόλις κατασκευῇ τε τῇ ἄλλῃ, καὶ τῇ μάλιστα ἡ κενταῖς μνημείοις, ἔστι καὶ μνημεῖον Ἀμφίσσης. ἔστι δὲ Ἀνδραίμωνος, σὺν δὲ αὐτῷ ταφέντων λέγεται καὶ Γόργης τὸν Οἰνέως συνοικήσαντος τῷ Ἀνδραίμῳ.*

Pag. 21. l. 9. imposuerunt verba hæc glossematica magno viro, qui existimauit Demosthenem ita loquutum esse. Atqui Harpocrationis glossa hæc est verbi *ἀμφοτερόπλου*. Cum quis inquit mutuatus est pecuniam nauticam, ad hoc vt hinc in alium locum nauiget, & illinc huc, *ἀμφοτερόπλου* illud vocatur, vtrò citròque. *ἐπὶ πλοῦ* non idem signi-

ficat, quod enim in vnum dumtaxat commeatum traiecititium est, hoc ἐπερόπλουω vocant, quod vero in commeatum & remeatum ἀμφοτερόπλουω. Verba Demosthenis quæ hic laudare voluit Harpocratiō, quare in orat. contra Dionysidorum.

Pag. 21. l. 12. ἀμωσγέπως vno spiritu scripsimus, & ἐν γὰρ τῇ ἑξέτι. Vox est ad rhetores pertinens, vt notat Etymologus, qui hac voce Lexicon quoddā rhetoricum laudat. Quod autem Latini dicunt *quodammodo*, Galli, *en quelque façon*, id Attici ἀμωσγέπως, licet refragentur Thomas magister, & Etymologus, à quibus magis probari video ἀμνηγέπη. Atticistæ ἀμνηγέπη dicunt, vt & Attici, sed tamen nō est negandum quin ab eis etiam ἀμωσγέπως vsurpatum sit, quis enim Platone, decem rhetoribus, Aristophane, & aliis eiusdem farinae ἀπικατέρως loquitur?

Pag. 21. l. 18. rectissime manu exarati habebant αἰάγῃ, & Suidas ipse, quæ sequuntur verba glossematica hoc desiderare videbantur: ὁ μιλύων τὸν πτωχευόντα, καὶ ἐπὶ ἐκείνῳ ἰσχύει. vulgaria Lexica πτωχευόντα legisse videntur, contra fidem omnium exaratorum & exeusorum, ipsiúsque Suidæ: explicant enim hoc modo, indicare sceleris autorem, & in eum tendere: atqui πτωχευόντα constanter retentum est, ergo non sceleris autorem indicare est αἰάγῃ, sed eum qui vendidit. πτωχευὼς qui fecit, πτωχευὼς qui vendidit. vides quàm turpiter hic lapsi sint viri eruditi. αἰάγῃ, & αἰαγωγῇ verba sunt quæ ad Edilitium Edictum pertinet, αἰάγῃ venditorē indicare.

est, & ad illum ire redhibitionis causa scilicet, αἰα-
 γωγῇ redhibitio est Platoni 11. de legibus, Iurifcon-
 sultis nostris αἰασποφῇ: vnde diuinitus clarissimus Cu-
 iacius coniiecit in paratit. Digest. male apud Suidá,
 legi εἰσαγωγῇ pro αἰαγωγῇ, bellissime siquidem con-
 firmat opinionem illam Hesychius his verbis. αἰα-
 γωγῇ, ἢ τῇ πρὸς τὸν αἰσραπόδων αἰσάδοις ἐχέται ἀντί-
 πω. in fine nolumus mutare inscriptionem orat.
 Lyfianæ, licet manifeste exaratum esset in cod. Fed.
 Morelli. Αυσίας ἐν τῇ πρὸς Βοιωτάς, εἰ γήσιος, forte
 Δίωνα restituendum est, vt infra verbo φασκάλιον, nā
 δ' αἰαγῇ inuenire non est in orat. aduersus Bæotū,
 quæ hodie exstat, & inter Demosthenicas numera-
 rur, Criticorū alij Demostheni, alij Lyfiæ hanc ora-
 tionem assignarunt. Vnde recte Harpocraton εἰ
 γήσιος dixit, idest, vt loqueretur D. Hieronymus, si
 inscriptio non mentitur autorem. Nunquam hæc
 adduntur, quin longæ præcesserint Criticorum ve-
 litationes & digladiationes in arguendo vero & le-
 gitimo cuiusdam orationis parente. Porro de hac
 oratione aduersus Bæotum consule Dionys. Hali-
 carn. in tract. de vi dicendi Demosthenica.

Pag. 21. l. 21. αἰαγῇs maluimus vt responderet τῇ
 εἰσαγῇs.

Pag. 22. l. 2. Herodotus non tantum in primo,
 sed omnibus in locis vsus est verbo αἰαγισπόμνος
 pro αἰαπιπόμνος. Verba ex primo affert Thomas
 magister. ὁρῶται, inquit, πρὸς Herodotῶν αἰαγισπόμω δ'
 αἰαπιπόμω, ὡς ἐν τῇ πρὸς τὴν, sequuntur deinde verba
 Herodoti, αἰ μὴ ἀνέγνωσάν με κτῆμαι πύργω.

Pag.

Pag. 22. l. 3. *αἰαγχιῶν* melius nunc primum excusum est, ut ordo alphabeticus primo seruetur, & chirographis fides adhibeatur, in quibus discrete *αἰαγχιῶν* scriptum inuenitur: *αἰάχιον* tamen dixit Isæus in orat. aduersus Hermonem *ὡς ἐς ἡμῶν*, quæ hic laudatur. Eius verba ab Harpocracione allata non sunt. Suidas præter morem ea seruauit hoc modo. *Ερροχράτιω ὃ εἰς τὸ αἰάχιον ἐνέβδωε, φάσκων ἀπελβήσθαι τῆν, καὶ οὐ πρὸς τὸν ἀφῆκε πρὶν λ' δρᾶχμας ἐπιδόξασθαι*. Sed forte in his etiam rescribendum *αἰαγχιῶν*, quod probabilius sit Isæum adinstar Xenophontis rerum Græcarum lib. 5. *αἰαγχιῶν* dixisse, nō *αἰάχιον*. Bæotorum proprium est *αἰάχιον* qui sic carcerem quendam vocant, ut Cyprij *Κέρταμι*. Attici ergo *αἰαγχιῶν*, Bæoti *αἰάχιον*: At Callisthenes *αἰάχιον* scribendum & dicendum esse putauit, quod ab Harpocracione probatur, *αἰάχιον* sine diphthongo maluisset Coprogenius magister ὁ τῶν λέξεων *θηρατῆς, καὶ τῶν βούτων ἀντιστολῶν ἀκριβὲς ὀρθογραφῶς*. Nos cum Atticorum filiis *αἰαγχιῶν* retinemus, & illud obiter monemus, qualia fuerunt Romanorum ergastula in quæ serui libertique detrudebantur, eiusmodi fuisse Atheniensium *ἀνὰχια*. Suidas *αἰάχιον, τὸ δισμωτήριον εἰς ὃ κατετίθητο τοῖς ποταμοῖς δούλοις, καὶ τῶν ἀπελβήρων τοῖς ἀφισαμβότοις*. Carceres igitur priuati erant *ἀνὰχια* & ergastula, in quæ serui nequam libertique fugitiui & ingrati coniciebantur à dominis & patronis, ante Hadrianum Imperatorem, à quo sublata fuere teste Ælio Spartiano. *Ergastula seruorum & libertorum iulit*, id est carceres pri-

uatos sustulit, qui à Romanis ergastula, ab Atheniensibus ἀνάκλαμα vocabantur. Sic intelligendus locus ille Spartiani in quo satis superque sudarunt viri nostræ tempestatis doctissimi. adi ad ritul. Cod. *de primatis carceribus inhibendis*.

Pag. 22. l. 10. & 11. quæ differentia sit inter ἀνὰ δικούς, κρίσεις, & μὴ οὐστῶν, de qua ne quidem verbum Harpocracion in hoc opere, latius ostendimus in lectionibus nostris. Plura hic addere hoc vero esset commentari, non annotare, gloriam velle tantum aucupari, & faciles auctoris nostri locos attingere, non salebrosi aliquam lucem dare, in quo tamen præcipua pars instituti nostri consistere debet.

Pag. 22. l. 14. corruptus apud Hesychium locus ansam mihi præbebit aliquid de verbo ἀναθῆσθαι dicendi: ait enim ἀναθῆσθαι, ὁμολογῆσαι, ὅτι τῆς πτωχῆς ἐλέγγω, οἱ γὰρ πάντοτε καὶ τῶν ψήφους δάρεα αὐτοῖς. ego lego διορθοῦσιν, lusorum siquidem est iactos semel calculos & ludos reuocare & corrigere: quod ἀναθῆσθαι dicunt Attici, vnde postea metaphorice προμεταγινώσκω, & antea actæ ac præteritæ vitæ pœnitere, accipitur. Quo sensu apud oratores, maxime apud Antiphontem in ea de Concordia ἐν τοῖς τοῖς ὁμολίας. Inepte Suidas. habet πρεσβύτας, de Concordia non de Prouidentia orationem habuit Antiphon, teste ipso Philostrato quem Consules in Antiphonte.

Pag. 22. l. 22. 23. & pag. 23. l. 1. 2. ἀναισῆσθαι contrarium est τῇ χαρίζεσθαι. Vtraque tamen verba fescennina sunt, nam χαρίζεσθαι porrigere est, vt Mar-

tialis & amorū Triumviri loquerentur, ita Imperat. Conf. & Const. in l. 31. C. ad l. Iul. de adulteriis, *cum vir nubit in fœminam* (dicunt) *viris porrecturam*. Porrigere hic dare est, *παρίσθαι*, nec aliter interpretari, aut aliò detorquere verba legis debes, quæ nulla emendatione aut correctione indigent. Phrasis pura puta Græca est, nubere in fœminam viris porrecturam, est tanquam fœmina, vel in modum fœminæ quæ porrigere debet, idest, dare, *χαρίζεσθαι*. Sulpit. Seuerus histor. sacræ lib. 2. de Nerone. *Post etiam Pythagora cuidam in modum solemnium coniugiorum nuberet, inditumque imperatori flammeum, dos & genialis torus, & faces nuptiales: cuncta denique, quæ vel in fœminis non sine verecundia conspiciuntur spectata*. Qui locus valde illustrat legem illam iamdiu vexatam à multis. Sed ne sermonis impetus nos à proposito auerrat, *χαρίζεσθαι* (vt supra monebamus) & *ἀναιρέσθαι* ad rem veneream pertinent, sibi que inuicem ex diametro, vt loquuntur vulgo, opponi solent, hoc negare, illud concedere aut porrigere significat. Helychius *χαρίσασθαι, ἀναιρεῖν. λέγουται ὅτι αἱ γυναῖκες παρίσθαι πρὸς τοὺς οἰκιστὰς ἑαυτὰς ἐκδηλοῦσαι*, nos Galli proprie dicimus, *faire courtoisie*, & elegantissime ac mellitissime Philostratus epist. ad Athenaidem, *τὰς μὲν μὴ ἐράνῃ χαρίζεσθαι Λυσίας δὲ ξα, τὰ δὲ ἐράνῃ δδοῦ Πλατωνί. σὺ δὲ καὶ ἐράνῃ καὶ μὴ ἐράνῃ, τὴν δὲ σόφος μὲν εἶδεις, Λαῖς δὲ (οἷμα) ἐπύη. χαρίζεσθαι hic est porrigere, & se morigeram præbere, vnde ἄχαρι puella Sapphoni illa est quæ nondum tulit iugum, ἀναφύδιος, quæ non porrexit ad huc, vel quæ non*

vult porrigere. ἀναινεσθαι latius patet, non enim ad res venereas tantum, sed & ad nuptias pertinet. Itaque in rebus venereis negare, in nuptiis recusare ἀναινεσθαι est, Demosth. in excerpt. pro Phormione. εἰ δὲ πρὸς δόξαν ἢ γένος ἀναινή Φορμίωντα κηδεύω. Et paulò post: Οὐτοὶ πλὴν μητέρα πλὴν σὺν, εἰ ἔγνητο ἀναινή. Vfus erat & hoc vocabulo Menander Σικυώτης, vt testatur Harpocraton, ita inscribebatur drama illud Menandri, Suid. verbo ἀγῆστοι. Alciphron in epist. Glyceræ ad Menand. εἴτε Θαιδάς, εἴτε Μισυόμοι, εἴτε Θερασυλέοντα, εἴτε Επιτρέποντας, εἴτε Ραχιζομένιων, εἴτε Σικυώτιον. Sic legendum nam male hodie excusum est Σικύων.

Pag. 23. l. 6. ἀνακαλυπτήρια, ἐπαύλια, & θεώρετρα non eadem sed similia sunt. Alexandrini θεώρετρα vocant quæ reliqui Græci ἀνακαλυπτήρια, at ἐπαύλια quid distent ab ἀνακαλυπτήρις, & θεωρέτραις ostendimus in lectionibus nostris, in quibus multa de hypobolo, & donatione à Germanis *morgengab*, siue *morgangeba* dicta, & de iure morganatico, de quo in tit. feud. & legib. Lógobard. Ripuar. Salica, & aliis. Non est autem ignorandum à Lyfia compositam esse orationem quæ inscribebatur πρὸς τῷ ἀνακαλυπτήριον, hac enim de causa forte de his verba fecit Harpocraton: licet nullum hic laudet oratorem. Quærebatur in ea oratione vtrum ἀνακαλυπτήρια data mulieri per vim, nubenti ad eam pertinere debeant. Testis Theo Soph. progymn. cap. 2. ὡς ὅτε (inquit) πρὸς τῷ ἀνακαλυπτήριον ἑπιγγραφομένης Λυσίας, & paulò post: εἰ μὲν πρὸς πατέρα ζητήται εἰ τὸ δόξιναι

ἀνακαλυπτήρια γυναικὶ γαμουμένη βιάως ἔχρησεν αὐτὴν δὲ.

Pag. 23. l. 12. vulgares errores, & qui iam altas in mentibus hominum radices egerunt, auellere & rescicare hoc vero difficile fuerit, & valde arduum. Nos homunciones tamen multoties hoc tentamus in lectionibus nostris: è quibus corū quæ de Dioscuris, illorum templo & festo Athenis olim observauimus seriò, ne cum omnibus in errore versaremur, quædam excerpere ad huius loci illustrationem non iniucundum nobis visum est aut inuenustum: Quando de his opportuna differendi sese obtulit occasio & lepida maximè. Dioscurorum variæ differentię & denominationes. Auctor Cicero lib. 3. de natura Deorum quo loco ait. Δίοσκούροι etiam apud Graios multis modis nominantur, primi tres qui appellantur Anactes, Athenis ex rege Ioue antiquissimo, & Proserpina nati Tritopatreus Eubuleus Dionysius. Secundi Ioue Tertio nati ex Leda Castor & Pollux. Terrij dicuntur à nonnullis Aleo & Melampus Emelius Atreij filij qui Pelope natus fuit. Petrus Victorius vir eruditissimus hic Anaces non Anactes legendum esse existimauit, quod reprobum non est aut reiiculum, (vt Varro loqueretur) sed tamen vetus lectio retineri & sustineri potest, cum multoties apud Pausaniā Dioscuri illi primi Anactes vocentur, vt Corinthiacis & Phocicis, cum ita loquitur. ἀγροισὶ ἢ καὶ τελεπιδό οἱ Ἀμφιασπὶς Ἀνάκτων καλουμένων παῖδες, οἱ πῖες δὲ θεῶν εἰσι, οἱ ἀνακτες παῖδες, ἔχρησεν αὐτὴν βιάως, ἀλλὰ οἱ μὲν Δίοσκούροι, οἱ δὲ Κέρητες, οἱ δὲ πλεονὴν ἐκτίπασθαι νομίζοντες Καβείροι λέγονται. In hac disquisitione non

ulterius progrediemur, nec inquiremus ambitiosius, quinam proprie ἀνακτες παῖδες, sed immorabimur in verbis Ciceronis, qui constituere videtur Dioscurorum primos trēs Tritopatreum Eubuleū, & Dionysium Anactes vocatos fuisse, de his enim hic potissimum agere dumtaxat decreuimus. Horum Dioscurorum proprie templum ἀνακίων dictū fuisse asseueramus, & cum apud autores mentio de ἀνακίῳ inuenitur, male huc vsque interpretes & enarratores omnes de tēplo Castoris & Pollucis eorū verba interpretati sunt, nam ἀνακίων semper Anacū, vel Anactum templum tantū est. Anaces Dioscuri non Castor & Pollux, sed Tritopatreus, & alij de quibus Cicero: *ὡς ἀνακία* festum Athenis non Castoris & Pollucis, vt ad vnum omnes huc vsque existimauere, sed Anactum Dioscurorum: sic intelligenda verba illa Hesychij, ἀνακίοις Διοσκούρων ἑορτὴ ἢ ἀνάκεια. Sic explicanda etiam illa Pollucis, lib. 1. *τμemat. 32. Διοσκούρων Ἀδελφῶν ἀνάκεια*. Male futilis interpres hæc de festo Castoris & Pollucis putat accipienda. Porro in hoc confuso Harpocratonis nostri loco, quem expedite, vt opinor, extricauimus, sic accipienda sunt hæc verba, ἀνακίων, ὃ ἀνάκτερος, ἵερον τῷ Διοσκούρων, vt non de Castoris & Pollucis tēplo putemus illum loqui, quomodo fæx interpretum, sed de templo Anacum aut Anactum. Ante commendationem nostram peruerse & inuerse legebatur ἀνάκτερος, ὃ ἀνακίων, & glossatocum textus occupabat. Atqui inepte ita legebatur, nam ἀνάκτερος non propriè templum Dioscurorum, imò quorum-

Digitized by Google

rorum qui anaces vocabantur, ita infra verbo Πολύγνωτος cum de ἀνακεία loquitur, non de templo Castoris & Pollucis, sed horum Dioscurorum intelligenda sunt eius verba. Atque hæc breuiter dum notas scribimus, commentari de Dioscuris & eorum templo visum est operæ pretium.

Pag. 23. l. 13. Duplex αἰκίσις, altera Iudiciorum ciuiliū: de qua hic Harpocraton, & Isæus in orat. de Philectemonis hæreditate. Altera iudiciorum criminalium. videnda est lex Diuus. D. *de custodia & exhibitione reorum*. Budæus multa ad illam legē quæ sunt reconditissimæ eruditionis.

Pag. 23. l. 17. & 20. Aristoteles in Cypriorum re-
publica, quam hic laudat Harpocraton, docuerat
Cyprios, filios regisque fratres *Αἰακῆς* vocare soli-
tos, mulieres vero sororesque *Αἰασις*. Vtrum autē
verba hæc Aristotelis genuina sint, an potius Har-
pocratonis glossematica adhuc quæro, nam quam-
uis Suidas Aristotelem ita loquutum esse testari vi-
deatur, tamen hic subsistere me iubet sermonis am-
biguitas qua vsus est autor meus. Cæterum *Αἰακῆς*
vocem esse Cypriis peculiarem, & eos qui proximū
tenebant à rege locum, vt filios, & fratres regis, ita
vocatos esse, quomodo Cæsares sub Augustis, cer-
tum & indubitatum est ex Athenæo, qui lib. 6. de
Cypriis agens in hæc erumpit. *ἀπὸ Φέροντος ἐκείνης ἡ-
μέρας πρὸς τοὺς καλουμένους Αἰακῆς*. Similes διαπύται
nouæ Græciæ, quæ filios fratres & generos impera-
toris *διαπύται* vocauit, vt Cyprij *Αἰακῆς*, fidem fa-
cit Curopalates, οἱ τῶ βασιλέως υἱοὶ διαπύται πρὸς ἑαυτοὺς,
τῶν ἀδελ-

τῷ ἀδελφῶν, καὶ τῷ γαμβρῶν τῆ βασιλέως διαδοτῆς καὶ αὐτῶν ὄντων. Αὐτὸς δὲ διαδοτὴς κατ' ἔξοχὴν filiorum Imperatoris natu maximus, proximus Imperij hæres, vt apud nos Delphinus, *le Prince Dauphin*, eius frater dominus, *monsieur*, quasi διαδοτὴς.

Pag. 24. l. 18. αἰαφορὰ est ius referendæ quæstionis in alium quempiam, quàm quocum iudicium prius agitatum est, vno verbo relatio criminis, recursus saluus (vt cum pragmaticis loquamur) *le recours sauf*. Sed de his videndus Budæus qui hæc omnia diligentissime & acutissime exsequutus est.

Pag. 25. l. 3. Andocidis Mercurium ab Ægeide tribu fuisse consecratum, Æschines in orat. contra Timarchum, & ipse Andocides οὐτὰρ αἰεὶ μυστηρίων, (sic restituiumus inepte enim exarati & excusi omnes αὐστηρίων habebant) testatum reliquerunt. Duris tamen nimium de se præsumens, insubide & immediate hoc pernegauit, asseruitque inconsultò ipsius Andocidis αἰαθήμα esse Mercurium illum, quod quàm falsum & αἰσχρολογεῖν prolatum sit, patet lippis ipsis & tonforibus. Vocatum enim ita Mercuriū illum docti omnes sciunt quod prope habitaret Andocides, vide Plutarchum in Andocide. Hesychius, Ἀνδοκίδου Ἑρμῆς. ἐπειδὴ παρὰ τῆς οἰκίας τῆς Ἀνδοκίδου εἰσῆκετο Ἑρμῆς, αἰαθήμα φυλῆς, Ægeidos scilicet.

Pag. 25. l. 20. de Androlepsia multa congeffit Budæus in annotationibus ad Pandectas posterioribus, quæ ad huius loci quem illic attigit illustrationem facere possunt.

Pag. 26. l. 3. Andron hic, vnus è quadringentis,

ille est teste Antiphonte *ἐν τῷ πρῶτῳ Δημοθε-
νοῦ ἀντιγραφῶν*, qui scripserat decretum, quo con-
demnatus fuit Antiphan. Hoc autem decretum in-
tegrum descripserat Cæcilius hoc modo. Εδίδξε τῇ
βουλῇ μᾶλλον καὶ εἰκαστῇ τῆς ἀντιγραφίας, Δημοτικὸς Αἰσχυρο-
δότης ἐγραμμάτισεν, Φιλόστρατος Πελλῶν δὲ ἐπιστράτη, Αἰ-
δρωεῖς εἶπε *ὡς τῷ ἀνδρῶν, οὓς ἀποφαίνοισιν οἱ στρατηγοὶ ἀρε-
σέως ὁμοῦ εἰς Λακεδαίμονα, ὅτι κακῶς τῆς πόλεως τῆς
Ἀθηνῶν*. Reliqua Plutarchus descripsit in Anti-
phonte, quem diligenter consules ne te diutius la-
teat pretiosissimus hic antiquitatis thesaurus. Cæ-
terum Craterus ille, qui *ἐν ἐνάτῃ τῇ ψήφισμάτων*, in
nono de Decretis, hic laudatur, auctor non ignobi-
lis est. Plutarchus, Athenæus, Stephani mutilator,
& Pollux, sæpius eius meminere, sed aliquando
apud illos male *Κατήγε* excusum est, ut apud Pol-
lucem lib. 8. cap. 10. *Κατήγῳ περὶ τῶν τὰ ψήφισμα-
τα συνάγοντι*. Legendum *Κατήγῳ*, & vertendum
Cratero fidem habere qui Decreta in vnum colle-
git non ut interpret ineptissime, sicut alia omnia,
Cartero fidem habere suffragia poscenti. Male etiā
apud Suidam, v. *νυμφαῖον*, *Κατήγε* *ἐν ἐνάτῃ τῇ σο-
φισμάτων* laudatur: nō *σοφίσματα*, sed *ψήφισματα* Cra-
terus ille coëgerat, & composuerat, vnde infra ver-
bo *ἀρκεῖν* coniciebam ego aliquando legen-
dum *Κατήγῳ ἐν τοῖς ψήφισμασιν*, non ut hodie omnes
excusi & exarati habent *Κατήγῳ*, quamvis non ma-
le possit retineri *Κατήγῳ*, Cratinum enim Comicū
drama ἐποφύσσει quod vocabatur *ψήφισματα* quid
querat? nos hoc perrimabimur curiosius verbo *ἀρ-*

κρηδον, & de Cratero plura dicemus verbo *ρη-
φαιον*.

Pag. 26. l. 22. & pag. 21. l. i. 2. longè diuerſa hæc ſunt *Μυſταδαι*, & *Επωπιδαι*, Myſtæ & Epoptæ vel Ephori, Myſtica & Epoptica ſacra. Qui Epoptæ fieri volebant, Myſtæ prius eſſe debebant, nec vllus vnquam epopta factus eſt, quin prius myſta eſſet, præter Herculem, Hippocratem, & Demetrium Poliorceten, qui ſimul & ſemel myſtæ & epoptæ facti fuere, vt ex Philochoro retulit hic Harpocratio & Athenæus. De discrimine autem quod conſtituendum eſt inter epoptica & myſtica ſacra, ſatis ſupérque actum eſt à clariffimis Galliæ noſtræ luminibus Iosepho Scaligero, & Iſaaco Caſaubono, ab hoc in animaduérſ. ad Athen. ab illo in opere de emendat. tempor. lib. 5. cap. de euerſis ab Alexandro Thebis Bœotiis. *Μυſταδαι* iſtituere eſt Ter- tulliano, in loco illo crepero & illuſtri, cui ſuppetias venit Hercules ille Muſarum Iosephus Scaliger, qui ſolus hoc tempore viſus eſt mereri, eodem priuilegio frui quo potiti ſunt Hercules olim, & Demetrius Phalereus, ſi vanæ illæ religiones Myſtarú & Epoptarum reuiuifcerent, ſolus inquam dignus haberi debuit, qui myſtes ſimul & Epopta fieret, ob præclaras ingenij dotes, & profundiffimam rerum cognitionem. Vide quæ ad verbum *επωπιδαι-
των* latius commentati ſumus.

Pag. 21. l. 12. veteres editiones conſtanter *αις χα-
ρις* retinuerunt, nos excudendum curauimus *αις
χαρις*, quæ germana lectio eſt, ita Demothe- nis

codices habent in orat. 2. Olynth. è qua depromptum est hoc verbum ab Harpocrate, eiusdem loci meminit Plinius epistola Critica & Apologetica ad Luperum. Porro Demosthenes ἀνέχουσιν dixit pro ἀνέχουσι, aut ἀνέχεσθαι, metaphora sumpta ab equis, qui cum vectori se præbent immorigeros, ἀναχατίζου dicuntur. Inde ludicrum illud apud Alexandridem ἐν Ἀρχαίοις.

Κύμβι ἐκάρωσιν ὑμᾶς; ἀνακαχίτικον μὲν οὖν, plus est καρωῶ quam ἀναχατίζειν, vinum quod dat in somnum grauem, & de statu mentis deturbat, καρωῶ dicitur, at ἀναχατίζου dicuntur equi non cum cessorem in caput deiiciunt, quales κατωμιστὴ ἵππων apud Hesych. sed cum erigendo præbent se immorigeros: allegorice igitur responsum est ei, qui apud poëtam dixerat Cymbia vobis caput grauauerunt; ἀνακαχίτικον μὲν οὖν, id est, non omnino nos à mentis statu deturbauerunt, sed more equorum lasciuientium se præbuerunt immorigera. Vocabulum hoc ἀναχατίζου Demosthenicum inter vocabula grandiloquentiæ & sublimis sermonis relatum est à Criticis Plinio, Dionysio Longino, & aliis. Hesych. ἀναχατίζει sic legendum, ἀναπτίγει, ἀναχαλινοῖ, ἀνακρύπτει, ἀναποδίξει. κυρίως δ' ὅτι τῶ ἵππων. Σοφοκλῆς Ελέη.

Pag. 27. l. 15. ἀνέχει dixit Antiphon pro simplici ἵκει. Suidas habet καθίκει: vel pro ἀνέβασθαι, sic correximus, καὶ παρὰ τὸν ἄλλου. Amiphtas Comicus ἀνέκειν etiam vsurpauerat pro ἀναβαίνειν consule Suidam.

Pag. 27. l. 18. hæc omnia desumpta sunt, vt & quamplurima alia, ex Athenæo, lib. 13. dipnos. quod te fuse docebunt lectiones nostræ.

Pag. 27. l. 21. Epigraphem orationis Isætanæ distinximus ab eius verbis, & ita scripsimus. Ἰσᾶνος ἐπὶ τοῖς πρὸς Καλυδῶνα. τὸ τε βολαιῶν τὸ πρὸς Ἀθηναίους ἀισθίαντα. Verba Isæi hæc sunt, ex oratione aduersus Calydonem, quæ hoc modo ab Harpocracione explicantur. ὑπὲρ τοῖς ταῖς Θρακίαις πύλαις, nam ita restituiamus, cum antea legeretur Θρακίαις, quid pylæ Thracenses docuimus voce πύλαι infra, vbi hanc locum illustramus. Anthemocritus autem hic Atheniensium præco. à Megarensibus dilaceratus est, quod eis interdixisset μὴ ἐπὶ γὰρ ἔσθαι τι τὸ ἱερὸν, ταῖν καὶν ὄργας. Quid sit ὄργας erudite explicat Harpocracion hac eadem voce, terra inculta qualis Megarica de cuius possessione pugnavit Minerua contra Megarenses, ὄργας vocatur.

Pag. 29. l. 5. ἀντιγραφεὶς ab Apuleio in apologia contrascribens vocatur, vt ἀντιγράφω contrascribere. *Præsente*, inquit, *et contrascribente Aemiliano*, idest, ἀντιγραφεὺς Αἰμυλιανοῦ. ἀντιγραφα dicebantur etiam contrascribentium scripta, quasi contra scripta, nos Galli huiusmodi homines *Contrerolleurs* vocamus. Apud Athenienses duo erant ἀντιγραφεῖς, vnus administrationis, vt ait Philochorus, alter vero Senatus, vt Aristot. monuerat in Athen. Repub. De quo nominatim Vlp. in enarrat. ad orat. contra Androt. ἀντιγραφεὶς, inquit, δὲ ἔστι ὁ νομοῦς ἀξιόματος ἀντιγραφοῦτος ὑπὲρ τῶν βουλῶν τοῖς δὲ δήμῳ, ἐν οἷς αὖ δύνανται.

Pag. 29. l. 13. ἀντιγραφή in priuatis iudiciis hæreditatis vindicatio est, de qua videndus Suidas, at in publicis vtriusque partis præstitum iusiurandum, quod ἀντιμυσίαν Plato vocat, in apolog. Socratis, & testimonia. Hoc voluit Harpocration cum dixit κοινῶς ὅτι ἐν ταῖς δίαισι, ταῖς δημοσίαις (sic enim restitui-
mus nos) ὅτι τῆς δικαιοσύνης γράμματα, ἀ' ἐδίδου
παρὲς τῆς ἀρχῆς, καὶ ὅτι τῆς δίκης, καὶ ὅτι τῆς φιλίας
ἀντιγραφή, καὶ ὅτι μάρτυρα.

Pag. 30. l. 1. 8. 9. ἀντίθεσις, quæ & ἀντίθεσις vocatur, figura orationis est, qua sibi inuicem contraria vel secundum partes, vel confertim & simul opponuntur. Quæ autem differentia sit inter ἀντιποθορεῖν, ἀντίθεσις, & ἀντίπλησις, acutissime te docebit Vlpianus in comment. ad Olynth. primam. At vero nemir-
is cur hic textum Demosthenis vno verbo auxerimus, sciendum manuscriptos omnes Codices bonæ notæ habuisse ὑπὸ Φιλέως γραμμένον, quæ vox desiderari videtur apud Demosth. orat. contra Midiam, quo loco ἀντίθεσις esse notat autor noster, quæ ἀθρόως πᾶσι παρὲς πᾶσι fit, nihil aliud enim sibi volunt verba hæc, ἀπὸ τῆς, ὁ μὲν γὰρ ὑπὸ Φιλέως γραμμένον, ἕως βαδίζει χρησιμῶτι, quàm ab his verbis, ὁ μὲν γὰρ ὑπὸ, usque ad alia βαδίζει χρησιμῶτι. Antithesim reperiri, quæ confertim omnium partim fit ad omnes partes, ideóque omnia distinximus virgulis & punctis vt facilius rudiores illa capere possent. Ita paulò post verbo ἀξιοῦς (vt de vna fidelia duos parietes dealbem) ἕως ἐν τῇ ἀξίᾳ εἴρηται scriptum est, quæ sic intelligenda existimo, usque ad

illa verba ἐν τῇ ἀξίᾳ εἶρηται, nisi forte legendum sit, ὥς pro ὡς, tunc enim aliud plane contrarium innuere videntur hæc eadē verba, vt illic docebimus.

Pag. 30. l. 13. Quæ hic de Anticyra referuntur, ex Athenæi fontibus repetita sunt, apud quem melius exaratum inuenimus Ἀντιφάνης ἐν τῇ περὶ τῆς ἐταιρίας, quàm esset hoc loco Αἰσχροφάνης, & ἁπλοῦς κινῶσι. vno verbo quàm separate ἁπλοῦς κινῶσι. Adi ad lib. 13. dipnosoph. è quo quæcumque de scortis Atheniēsis retulit Harpocratio desumpta sunt, & excerpta, vt ῥητομαθείας & laudabilia. Procedente opere hoc à nobis spissius demonstrabitur.

Pag. 30. l. 20. Ἀντίπατρος Ἰσθμίου παῖς restituimus. Nam inepte excusi omnes habebant Ἰάκχου, deest hæc vox in manu exaratis, quos vidi. Sciendum vero ne te decipiat Suidæ autoritas, non hunc Antipatrum Alexandri Macedonis successorem, sed Alexandrum ipsum decem Demagogos ab Atheniensibus petiisse: vt Idomeneus & Duris existimaue-
re, vel vt alij scriptores probatissimæ fidei, octo tantum: *πικίας δὲ*, inquit Suidas, *ἦντι ὧς δέκα Ῥήτορας, οὓς ἔδεδωκεν Ἀθηνᾶιοι Δημοσθένει, Ὑπερίδῃ, Ἀντιφρόνῃ, Πολύβῳ, Εφιάλτῃ, Θεοπόλεμον, Χάρμητι, Χαρίδημον, Διόπῃ, Παύσανθῃ, Κασσιόχοις.* Caue ne putes decem hos esse rethores, è quorum orationibus confectum & collectum est dictionarium istud, demagogos debuit potius dicere vt recte apud Plutarch. in vita Demosthenis, vbi octo tantum numeratur, ex opinione quorundam historicorum, *ἐκ τῶν*, inquit, *αἱ οἱ πλεῖστοι, καὶ δοκίμοι τῇ συλλογῇ*.

Φέων, ὧς δὲ Δημοθέειω, Πολύβυκτον, Εφιάλτιω, Λυκούργον, Μυεργλέα, Δήμωνα, Καλλιθέειω, Χαρίδημον, vides differentiam. Demosthenes & Lycurgus, & Hyperides tantum numerantur inter decem rhetores primos, qui huic dictionario denominationem dedere. Reliqui rhetores quidem, sed non è decem præstantissimis, & ideo demagogos potius vocavit Plutarchus quam rhetores. hæc attigimus in dissertatione Critica.

Pag. 30. l. 21. Antiphon tribu Rhamnusius, Παμύσιος enim scribendum non Αμύσιος, vt vulgo, Sophili filius fuit; & ex eo parœmia. Παμύσιοι καλοὶ ex emendatione Iosephi Scaligeri, in lib. animadu. contra Robert. tit. lib. 4. cap. 25. & Isaaci Casauboni in animaduers. ad Athenæum. Πάμμος & Πάμμοι καλοὶ antea legebatur in parœmia apud Suidam, forsan non male, quod pace tantorum virorum dictum sit, postquam enim Rhamnusi Antiphontem imitari cœperunt, Πάμμοι καλοὶ vocati sunt, antea καχοὶ dici debebant, eo quod nihil nisi sterile in patria haberent, & planta ἀκαθάρτου Πάμμος dicta, ἐν Παμμουῶνι nasceretur, quæ ab ea nomen accepit. De sapientibus & præstâtibus viris vulgo usurpatur parœmia.

Pag. 31. l. 2. Αἰτῶνες pluraliter dicitur, & singulariter Αἰτῶν. Homerus,

Αγχιάλῳ τ' Αἰτῶνα, ἰδὲ Πηλεΐδι λεχαιπίῳ.

Vrbs Thessaliæ est Antron, de qua Demosthenes in orat. quæ vulgo inscribitur quarta aduersus Philippum: Αἰτῶνας ἐστὶν ἄπο, καὶ μετ' οὐ πολὺ χρόνον ἐπὶ Ωρεῶν.

Ὡρέα ~~πράγματα~~ εἰλήφει. Inepte scholion ad illa Αν-
 τιστίας πόλις ἢ Ευβοίας, legendum Θεσσαλίας. Vide
 Stephani mutilatorem, Strabonem & alios. Huius
 ciuitatis ciuis Αντρώιος dicitur, vnde paroemia Αντρώ-
 νιος ὄνος, quæ apud Hesych. restituenda est, Αντρώ,
 inquit, πόλις Θεσσαλίας, ὅθεν Αντρώιος ὄνος, male hodie
 diuise legitur Αντρώιος, ὄνως; Quidam Αντρώιος, alij
 Ανδρώιος dixerunt. Suidas Ανδρώιος ὄνος. ἐπὶ τῷ παμμεγέθη
 καὶ ἰωθρὰ σώματα ἔχοντων, ἢ ἀφ' οὗ ἐκείνοι παμμεγέ-
 ρης, καὶ ἰωθροὶ ὄνομα γίνεσθαι. Hanc paroemiam attigit
 Stephanus voce ἀγκων. Vide quæ de hac magnus
 Casaubonus ad Strabonem.

Pag. 31. l. 15. 16. Inscriptio hæc orationis Anti-
 phontæ mutila & trunca relicta est, quia vbi silue-
 re manuscripti codices, ibi nos hariolari nolimus,
 certè nullus probus est auctor quod sciam, qui de
 ea loquutus sit, & quod mirere magis, Harpocra-
 tion ipse hoc vnico tantum loco eius meminit. Ve-
 rum non Antiphon solus vsus est verbo ἀξιοῖ, pro
 νομίζει, vt hic notat Harpocraton, Platon & Lysias
 ἀξιοῖ etiam dixerunt, pro νομίζων, & ὑπογεγραμμένον
 Suidas auctor.

Pag. 31. l. 17. Erudite illi qui Axiochum inter Pla-
 tonis dialogos nothos recensuerunt, eius enim ve-
 rus & genuinus auctor est Æschines Socraticus, vt
 testantur hoc loco Harpocraton, Diogenes Laër-
 tius, Athenæus, & post illos Suidas.

Pag. 31. l. 19. vide quæ notabimus ad vocem
 Κύρβας, interim aduerte ἀξονας fuisse tabulas ligneas,
 in quibus leges priuatorum inscribebantur, vt So-

lonis, & Draconis, vnde Solonis axones apud auctores classici citantur, & ἄξωνες simpliciter, vt apud Stephani mutilatorem v. ἀγῶνς. Cæterum vt plurimum ἄξωνες τῆς ἀγῶνις erant, ipso Polemone ἐν ὕμνῳ Εὐραπιδῶν, vt refert Harpocratio, teste, vnde discrimen hoc vnum est quod grammatici constituerunt inter ἄξωνες & Κύρβους, quod ἄξωνες τῆς ἀγῶνις essent, Κύρβους τείγωνις, quod tamen leuissimum videri debet, vel ex eo quod certum sit ἄξωνας aliquando τείγωνις fuisse. Harpocras. ποιῶσι δ' αἰεὶ τε φασὶν αὖ τείγωνις, ὅταν ὑπὲρ τοῦ κληῶσι τῆς γῶνις. Discrimē aliud quod Ammonius Grammaticus affert, mihi probabilius videtur, vult enim ἐν ἄξωνι priuatorum leges fuisse descriptas, Κύρβους vero continuisse δημοσίας ἰσθμοῦς, & alia eiusmodi. Aliud addere possemus nos ex verbis Polemonis & Aristotelis, hic enim Κύρβους erectos fuisse ἐν τῇ τοῦ, τῇ βασιλείᾳ, ille vero ἄξωνας ἐν ἀρσενείᾳ γυμνασμίᾳ, in hoc autoris nostri Lexico testatur apertissime. Plura dicemus voce Κύρβους.

Pag. 32. l. 8. ἀπαγωγὴ species actionis erat olim Athenis, quæ ἀπὸ τῆς ἀπάγῃ vocata fuit. Improbos autem & gallo animo homines nequam ἀπάγῃσιν solitos πρὸς τοὺς Εἰδικὰ certissimum est, vnde apud Demosth. in orat. contra Cononem. ἀπαγεῖς idem est quod ἀπαγωγὴν χρῶ, idest vtere illa actione, quæ deductio, ἀπαγωγὴ vocabatur. Nos Galli dicemus, prise de corps. Vlpianus in enarrat. ad orat. contra Androtionem ἀπαγεῖ, inquit, ἀπὸ τῆς ἀπαγωγὴν χρῶ, ἀπαγωγὴ δὲ ἐστὶν ἡ τῆς κακουργίης πρὸς τοὺς Εἰδικὰ.

ποδῶδους. At in enarrat. ad orat. contra Timocra-
tem, nominatim ἀπαγωγὴν in fures competiisse te-
statur, cum dicit, ἡ ἐδίδξαι μὲν δίκη ἐστὶν καὶ τῷ ἀπὶ-
μῶν, ἢ τῷ ἀπαγωγῇ ἐπὶ τῷ κλεπῶν. Pollux de hac actio-
ne longe alia refert lib. 8. cap. 6. & quia eius verba
relatu dignissima sunt, in gratiam studiosorum
adolefcentum ea afferemus, & simul interpretabi-
mur. Ait ille ἡ δὲ ἀπαγωγῇ, ὅταν τις οἱ ἐστὶν ἐδιδίξαται
μὴ παρὶτα, τῷ παρὶτα ἐπὶ αὐτοφώρῳ λαβὼν ἀπὸ γῆ, ὃ
τῷ κίνδυνος ἐὶ χιλίας, μέγιστα δὲ τοῖς ἐφείλοντας τὰς δημο-
σίαις ἐδιδίκαυσαν, ἢ τοῖς καπνοῖτας, ὅποι μὲν ἔχουσιν, ἢ τοῖς
ἀνδροφόνους. Discrimen ἐδιδίξαις & ἀπαγωγῆς illud est,
quod in ἐδιδίξαι qui præsens non est reueletur, de-
monstretur: in ἀπαγωγῇ præsens, & qui in crimine
flagranti deprehensus est, deducatur *πρὸς τοῖς Εἰδε-
κας*. Porro vltima hæc Pollucis verba ita sunt expli-
canda. *Aerarij debitores maxime reuelabant, aut eos qui
eò se conferebant quò non licebat ire, aut homicidas. Om-
nes ἀπίμους* è contra Vlpianus hac actione potuisse
conueniri supra nos docuit, solos vero fures ἀπα-
γωγῇ.

Pag. 32. l. 22. De festo quod Athenis antiquitus
Ἀπαυγία dicebant, eiusque origine plura legere,
est apud veteres, eosque graues & emunctæ naris
auctores. Conon narrat. 39. apud Phot. Polyænus
lib. 1. stratag. Frontinus lib. 2. cap. 5. vetus comici
enarrator, Suidas, & Etymologus, quos omnes di-
ligenter consules, ne quid hic cogamur repetere.
Notandum vero omnes ferme in stratagemate Me-
lanthij aduersus Xanthum conuenire: in loco de

cuius possessione pugnabant Athenienses aduersus Bæotos dissentire. Conon *ὡς Οἰόνης* habet, Harpocraton *ὡς τῆς Μελαίνης χώρας* ante restitutionem nostram. Suidas melius & emendatius *ὡς Κελαρινῶν*, ὁ *ὡς χωρίον ἐμμελίοις*, ex quo loco restituendus est insignis alter apud Polyænum loco indicato, *Αθλαίων*, inquit, *στρατηγὸς ὡς Μελαίνης, Βοιωτῆς Ξανθοῦ: ἐπολέμειν Κελαρινῶν ὡς. Κελαρινὰ χωρίον μελίοις Ἀθηναίων καὶ Βοιωτίας, ὁ δὲ ἐχρυσεν τῷ Ξανθῷ.*

Ξανθοῦ ἀπατήσεως Μελαίνης ἐξ Κελαρινῶν.

Ita emendauit diuini vir ingenij Isaacus Casaubonus, nos manifestum in auctore nostro errorem sustinere non potuimus nec pati, quare audacter restituimus, *ὡς τῆς τῇ Κελαρινῶν χώρας*, pro *Μελαίνης*.

Pag. 33. l. 17. Plinius in epistola Critica & apologetica ad Luperum, hæc ex Demosthene refert, inter orationis *ὁ ψώνια*. *ἀπεχοισμένους ἀπὸ τοῦ οἴου ἐν τῇ πόλει διαίοις γινώσκοντες περὶ δικαστηρίων.* Harpocraton *ἀπεχοισμένους* illud interpretatur per *ἀποκεκλιμένους*, sed male legebatur ante *ἀποκεκλημένους*. Reliqua ex parte in orat. aduersus Aristogitonem prima leguntur.

Pag. 33. l. 22. *ἀπληρομήνος* scripsimus, vt optime excusi omnes Demosthenis Codices habent, *μὲν δὲ ταῦτα ἐνέμειν*, ἀπὸ οὗ οἶος εἶναι ὁ ἀπληρομήνος. Frumentum conuectum ex area post triturationem *ἀπληρομήνος* οἶος vocatur, nos Galli dicimus *le bled qui n'est plus en gerbe*. Hoc indicant glossematica Harpocratonis verba, ὁ *ἀπὸ τῆς ἀλῶ συγκεκομμένος μὲν δὲ ἀπὸ ἀλῶ*, ὁ *ἐστὶ πατηθεὺς*

Pag. 34. l. 6. vera sedes verbi ἀπλάτῃ hæc est, quod vt opinor vulgaria Lexica inepte interpretantur per ἀποκλείψ, idest deslere, imò vt optime habet Harpocraton ἀποκλείψ significat, quod est occludere. Pertinet ad antiquas Atticæ leges hoc verbũ, vt videre licet ex Lysia in oratione contra Theomnestum, si tamen illa legitima sit. ὅστις δὲ ἀπλάτῃ τῇ θύρῃ.

Pag. 34. l. 13. Ἀπλαῖ Galli vocant *des escarpins*, ou *des souliers à simple semelle*. Itaut optime Callistratus ille qui hoc loco laudatur ab Harpocrate, Ἐμμοπίλμα τῷ ὑποδήματι dixerit esse Ἐμμοπίλμα. Ἀπλαῖ species calceamenti Laconici sic dicti ἀπὸ τῆς ἀπλάτῃς, καὶ ἡ τεπλημερὴς γλῆσσά. Lacones enim in calceamentis, & omnibus ornamentis ἀπλοῖ καὶ οὐ περίεργον. Demosthenes in orat. aduersus Cononem, hac voce vsus est οἱ μὲν ἡμέτερον μὲν ἐσυνδραπάνασι, καὶ Λακωνίζω φασί, καὶ τρέφονται ἐχοῖσι καὶ ἀπλαῖς ὑποδέδινται. Strattis comicus in fabula cuius epigraphē Δημομίδα, ὑποδήματα σαυτὰς τρέφονται τῇ ἀπλάτῃ, sic omnibus suis numeris hunc versum absoluimus, quidam autem manu exarati pro τρέφονται, περικύβονται habebant.

Pag. 34. l. 18. Equestre hoc certamen quo soli Athenienses & Boeotivtebantur, eleganter describit etymologici, quod magnum vocant, auctor. Tu illum vide, & aduerte ad ea quæ dicemus voce ἀνελάνθησι.

Pag. 36. l. 45. De Magistratibus qui apud Athenienses Ἀποδίκται, erudite Suidas, & post illum Ety-

anologus. At nemo ut puto notauit præter Harpocrationem in locum Colacretorū à Clisthene subrogatos fuisse Ἀποδείκταις, ex Androtione in secundo hitor. Atticæ. Quod tamen spernendum non erat, de Colacretis consule adhuc enarratorem Comici ad Vespas. Androtion de eisdem, τοῖς δ' ἰσοι Πυθῶδι θύραις τοῖς Κολακρέταις διδόναι ἐν τῷ ναοκλημῶν ἐφόδοις ἄργυρια, ἐπὶ εἰς ἄλλο ὅτι αὐτὸν ἀναλώσαι. Videntur autem dicti ἀπὸ τῶν κολῶν, ea enim quæ in sacris victimis reliqua erant. (ut pelles & κολῶν) Colacretæ accipiebant, tanquam ἰερεῖς ex lege.

Pag. 37 l. 13. Nolui mutare veterem lectionem licet aperte reclamarent manu exarati, maxime is quo vsi sumus beneficio Feder. Morelli. εἰς τῶν τὸ συγγραφεῖν in omnibus exaratum inueni, quasi quinquaginta olim συγγραφεῖς Athenis fuerint. Quidam vir eruditionis summæ cum non videret vim particulæ νῶν, ὥστε hic reponere tentauit, ut aliquam huic loco medicinam ferret, licet integro & sano, sed quod eius pace dictum velim, νῶν retinendum est ut infra voce συγγραφεῖς, quam lectionem ipse Suidas, & Etymologus etiam agnoscūt. Νῶν ut docuerat Heraclides ἐν τῇ πρώτῃ καὶ δευτέρῃ προσωδίας, tria tempora significare potest, præsens, præteritū, & futurum. Vnde hæc nascitur differentia inter νῶνι & νῶν, quod νῶν tribus temporibus accommodari possit, νῶνι vero præsentī tantum. Non male igitur scriptum est εἰς τῶν νῶν συγγραφεῖν, vnus enim συγγραφεῖν qui tunc temporis erant, Apolexis, recte & commodum verti potest: quod huc vsque ignoratum

fuit. Cæterum de hoc Apolexi ut coniiicio loquutus erat Antiphon in oratione *πρὸς μαρτυρίας*, quod testari videtur Harpocration voce *μαρτυρίας*.

Pag. 37. l. 15. Verba Demosthenis ad quæ hoc loco commentatur Harpocration, exstant in orat. de Corona, & ita habent, *πρὸς μὲν νύκτα κερταίῳ καὶ κατηρίῳ, καὶ καθαίρων τοὺς περὶ μύθους, καὶ ἀπομάττειν τὰ πηλῶ καὶ τοῖς πτύρεσι, καὶ αἰσάει ἀπὸ τῆς καθαρμῶ, καὶ χαλῶν λέγει ἔφυγον κακὰ δέροι ἄμεινον.* Vtrum autem melius illi qui simpliciter ἀπομάττειν illud per ἀπομάττειν καὶ λυμηνόμους explicarunt, quam alij qui maiori diligentia, idem ἀπομάττειν existimarunt significare *πρὸς πλάττειν δὲ πηλῶν, καὶ τὰ πτύρεα τοῖς περὶ μύθους*, in lectionibus nostris accuratius inquirimus, & de more abstergendi luto furfuribúque rerum figuras imitandi, multa non pœnitendæ lectionis damus. Monitostantum hic volumus æquos lectores postrema huius annotationis verba, quæ antea corrupte legebantur & confuse, hoc modo à nobis fuisse restituta & distincta, *τῷ μὲν δὲ ἔθνος* (antea erat *ἔθνος* quod absurdum, aut absolum non est, si horum verborum sensum attentius considerare velis, sed manuscripti omnes constanter *ἔθνος* habuerunt quod elegantius videtur) *ἐκλιπῶν, πηλῶ δὲ ὑπερὶ καθαίρειν καὶ πηλῶν τοῖς μύθοις χάειν, Σοφοκλῆς δὲ λίχμα λωπίζει.*

Στρατὴς καθαρτῆς καὶ ἀπομαρματῶν ἴδρις.

καὶ πάλιν,

Δωδύκατος ἀπομαρματῆς τῆς μεγάλῃς συμφορῆς.

Pag. 38. l. 8. de Apolline Patroo multa collegit eruditissimus Lil. Gregor. Gyraldus historiæ Deo-

rum syntagm. 7. Comici enarrator ad illud Auium (ὅθεν ὁ Πατριώτης) ideo Apollinem patroum coluisse Athenienses nos docet, quod Ion eorum Polemarchus ex Apolline & Creusa Xuthi filia originem traheret. Idem plane designare videtur Plato in Eutyphr. Quod autem Athenienses ab Ione Iones dicti fuerint, præter innumeros venerandæ antiquitatus auctores, id etiâ te docebit Eusebius in chron. numero XII. quo loco ait *Ἰων Πολέμαρχος γηγενὲς Ἰωνας ὧς Ἀθηναίους ἀπ' ἐαυτοῦ ὠνόμασιν*. D. Hieronymus vertit. *Ion vir fortis Athenienses Iones vocauit*, sed hæc à magno Scaligero iamdiu exagitata sunt in animaduersionibus. Nos de Ione quædam adhuc addemus voce *βονδρομία*, & *Ἀθηναίους γράμμασι*.

Pag. 38. l. 15. Mira vocis *ἀπώμαθι* apud rhetores significatio, aliquando enim *ἀπώμαθι* illi sunt, qui sine mercede dimittuntur, cum tamen mercenarij sint, & tunc *ἀέκωντι θυμῷ*, gratui, idest *ἄμαθι* dici possunt, vt apud Lysiam in oratione aduersus Calliclem: aliquando vero qui voluntario mercedem non recipiunt, vt apud Demosth. in Philip. & in orat. aduersus Aristocrat. vide scholion ad illa verba primæ Philip. *ἀπώμαθι ἔχων*.

Pag. 38. l. 22. Sine vlla dubitatione scribendum hoc loco fuit *ἀπὸ μωδωμάτων*, ita diuisis & discretis vocibus, antea *ἀπώμαθωμάτων* vno verbo legebatur, quem errorem Lexicographi nostri hodierni non notarunt, imò *ἀπώμαθωματα* dixerunt esse cum Hesychio publica bona, siue redditus annuos alicui Deo consecratos, idemque voluisse Harpocratio-

nem

nem existimauere: sed bona illorum venia dixerim Didymi antiquissimi Grammatici glossam, quæ ab Harpocrate affertur, non posse pati vt coniunctim, & vno verbo legatur hoc loco ἀπομαρμαίνων, ἀπὸ τῆς, inquit, ἐκ τῆς περιουσίας τοῦ ὁσίου. Cui amabo te respondebit illud ἐκ nisi illi ἀπὸ: ne dubites igitur nam vera vides. Repono meo periculo ἀπὸ μαρμαίνων, confirmat hanc coniecturam Isocrates, ex cuius Arcopagitico deprompta sunt hæc verba ἀπὸ μαρμαίνων ἔθου, vnde cum ad hæc notas scriberet Harpocrati, ex Didymo Grammatico retulit μαρμαίνων hoc loco templorum reditus esse. Antiquitus enim vnicuique Deo terræ aruipendia, γῆς πλῆθρα, Glossæ Latinogr. aruipendium γῆος χωματεινός, vulgo aripennis *arpan*, Glossæ eadem Latinogræcæ, arpendia πλῆθρα. Arpendia inquam vnicuique Deo dedicabant vel diuidebāt, ex quorum locationibus proueniebant impensæ, quæ postea in sacrificiis fiebant, non enim κατ' ὁσίων victimas mactabant, sed μαρμύροι, & hoc ex antiquissimo ritu, in cuius obseruatione potius religionem consistere existimabant, quam in magnitudine sumptuum. Vide Isocratem Arcopagitico. Præterea multa tibi suppeditare possunt veteres inscriptiones ad huiusce loci illustrationem, nihil hic nos de Christianorum consecrationibus & deuotionibus quæ ab antiquissimo illo paganorum ritu originem sumpsisse videntur, monemus, ne notarum fines excedamus.

Pag. 39. l. 5. Melius, vt puto, quàm ante scriptum

est hoc loco ἢ ὡς διαγεγραμμένον εἰς πλείους μισθοῦς,
consentientibus omnibus manu exaratis, & ipso
Suida.

Pag. 39. l. 11. vide quæ infra dicemus verbo πω-
λῶσι, cum eo enim coniungenda est hæc vox ἀπο-
πιφασμείας, in idem siquidem recidunt, & vtraque
desumpta ex orat. contra Neæram.

Pag. 39. l. 15. Si exstaret Apollodori liber sextus
de Diis, aperte videremus quinam illi præcipue fue-
rint Dei antiquorum quos ἀποπομπαῖσι vocabant,
Latini auerruncatores, vnde auerruncationes ἀπο-
πομπῶν, vel ἀποτρύψαι. Αποπομπῶν tamen dies quidam
erant in quibus sacrificia peragebantur in honorē
πομπῶν Θεῶν. Hesychius auctor, sed in Apollodo-
ri locum alij succedere posunt, qui multa de Diis il-
lis qui ante ianuas erigebātur, vt mala omnia auer-
terent scripserunt. Δαίμονων τῶν ἐπὶ τῶν θύραις, alij e-
rant θεεξίκαχοι, ἀποπομπῶν, ἀποτρύψαι, λύσοι, φύξιοι.
Idest expulsores, & auerrūcatores, alij ἀνιτήριοι, τρεψ-
τρόποι, παλαμαῖοι, idest exitiales, & malitiosi.

Pag. 39. l. 19. post ἀπορρέξαισι, tanquam glossæ-
maticum habebant ἀπομείσαισι omnes manu ex-
arati, quod etiam ipse Suidas agnoscit. Nos tamen
nihil inuertimus.

Pag. 39. l. 22. Quid proprie ἀπόρρητα sint aperte
te docebunt Demosthenes & Lysias locis ab Har-
pocrate indicatis, tu tamen vide diligenter Sui-
dam his verbis, π. δ. ἐστὶν. Vbi difficilimus in Phi-
lippicis Demosthenis locus qui huc pertinet expli-
catur, & multa de hoc verbo ἀπόρρητοι afferuntur.

Pag. 40. l. 4. Ex Mnesæo fecimus Mnesitheum: & ita orationis Iſæanæ epigraphem consulto concepimus, *Ἰσαῖος ἐν τῷ ὑπὲρ Μνησίου βυλαῖς*, quāvis apud Suidam *Μνησίης* constanter legatur.

Pag. 40. l. 6. Dinarchus ille est qui *ἀποσάξαντα* dixerat pro *φροξάντα* ὃ *τῆμα καὶ ἀποπληρώσαντα*. Suidas auctor. Miratus autem sum aliquando cur Harpocratio oratorem hunc in hanc rem non laudasset, sed mirari desiui, postquam animaduerti multis in locis eum mancum esse & mutilum, nihilque nos hodie præter reliquias quasdam integri corporis multis in locis habere, quod crebrius apparet ex Suidæ sylloge. Hic vnicus locus satis indicat laceros esse, & epitomatos in hac parte Harpocratationis codices, nam si certissimum sit Suidam quæcumque ferme è decem oratorum scriptis retulit ex eo hausisse: Quis negare audebit vbicumque Suidas plura habebit, illum ibi scelestas notariorum manus expertum esse?

Pag. 40. l. 10. & 20. Abunde de actionibus *ἀπορυσσάν* & *ἀποσαίν*, siue *ἀποσαίν* (vt loquitur Hesychius) hoc loco egit auctor noster, & infra verbo *ἀπορυσσάν*. Tu tamen adhuc consule quæ voce *ἀπορυσσάν* & *ἀποσαίν* referuntur. Et si vno verbo scire desideras, quodnam discrimen sit maxime inter actionem *ἀποσαίν* & *ἀπορυσσάν*, pete ab Ammonio eruditissimo Grammatico, & Thoma Magistro in synagoge vocum Atticarum. Disce autem à nobis Dinarchū pro Æschylō Xenophontis seruo, orationem olim composuisse cuius epigraphæ hoc modo concipie-

batur, *πρὸς Ξενοφῶντα ἀποασίς*. Libertus sine dubio erat Xenophontis Æschylus ille, qui aduersus patronum *ἀποασίς δίκην* intentauit, vt libertatem consequeretur, & non male tractaretur, vel quod probabilius est actioni contra se à Patrono intentatæ hac oratione respondit: Proprie enim Patronis aduersus liberos deficientes *ἀποασίς δίκη* compete-
 rebat, an vero exceptio etiam qua se liberti tueban-
 tur aduersus illam actionem, *ἀποασίς* diceretur, nō mihi compertum est, hoc tantum scio *ἀποασίς δι-
 κή* fuisse dictam aliquando illam actionem qua
 serui in dominos de libertate consequenda agebāt,
 se seruos alios competitores nihil morari dicentes.
 Vide diligenter Suid. certe hoc etiā posse colligi vi-
 detur ex verbis Diogenis Laërtij, cuius interpretes
ἡ δὲ νόμος in istis. Si magnū illum Casaubonū excipias
 quem præsens miratur ætas, & postera cum stupore
 miratura est. Vnus Dionysius Halicarnassæus in his
 instar omnium, quem in Dinarcho consules ne tibi
 vllus supersit scrupulus de Dinarchi hac oratione
 pro Æschylo aduersus Xenophontem *ἀποασίς*.
 Cæterum si hac actione vincerentur liberti à patro-
 nis, in *αἰαγῶνα* coniciebantur, vt serui, vide quæ
 notamus supra ad verbum *αἰαγῶνον*: itaut serui om-
 nino vt antea fierent, at si vincerent, libertatem per-
 fectè acquirebant; hoc voluit Harpocration cum
 dixit, *καὶ τοὶ μὲν ἀλόντες* libertorum scilicet, *δὲ δούλοι
 εἰ*, *τοὶ δὲ νικησάντες τελέως ἤδη ἐλεύθεροι*. Aliud longe
 obtinuit iure Romanorum ciuili, Liberos enim
 ingratos & male de patronis meritis in seruitutem

reuocari potuisse, nullus est in pandectis locus quo id liquido probari possit. Non l. 6. D. de in integ. restit. non l. si mulier. D. Quod metus causa, non l. sciendum. D. de verb. significat. Hoc Atheniensibus quidem ab initio concessum fuit, ut patet ex hoc elegantissimo Harpocratonis loco, & ex Valerio l. 2. cap. 6. Romanis nequaquam, nisi post longum tempus, & postquam hoc Constitutiones Imperatorum introduxerunt, ut apparet ex l. 2. C. de Libertis, & eor. lib. & ex l. penult. C. de operis libertorum, & ex §. 1. Instit. de capite deminutis, cum quibus hæc D. Ambrosij in lib. de Iac. & vita Beata, coniungenda sunt. *Ita libertatem (ait ille) accepisti ut meminisse manumissoris tui debeas, ut patrono noueris legitimum obsequium esse deferendum, ne ab ingrato reuocetur libertas.* Vnicus tantum in pandectis disertus & expressus casus est, quo probari potest libertum qui probatus fuerit patrono delatores summisisse qui de statu eius facerent ei quæstionem, seruum patroni fieri. Et hoc ex constitutione Claudij l. 5. D. de Iure patronatus. Non satis circumspicte & nimis generaliter retulit Suetonius ab hoc Claudio libertos ingratos, & de quibus quererentur patroni, in seruitutem fuisse reuocatos. Nam hoc fiebat tantum si delatores summitterent qui de statu patronorum quæstionem facerent, ut nos manifeste docet illa lex 5. Hoc igitur temperamentum adhibere debebat. Certe auctor est Cornelius Tacitus libertos qui vindicta manumissi fuissent, non potuisse à patronis in seruitutem retrahi, *cum esset, inquit, nihil aliud*

læso patrono concessum, quàm vt vicesimum ultra lapidem in oram Campania libertum relegaret. Quomodo serui à dominis, liberi à patribus in villas relegabantur, vt patet ex l. ex facto proponebatur, §. rerum autem Italicarum. D. de hæredib. instituendis, & ex D. Ambrosio in Apologia Daudis, & Cicerone pro Roscio Amerino. Porro libertos secundum delicta erga patronos admissa, longe diuersis modis multatos fuisse testantur leges 1. & 7. §. vltimo. D. de iure patronatus, l. 1. §. cum patronus. D. de officio præfecti vrbi. Ob ingrati animi labem, interdum illæ pœnæ exigebantur, vt vel pars bonorum eis auferretur, & patrono daretur, vel fustibus cæderentur, & ita absoluerentur. §. Mandatis l. Diuus. D. de iure patronatus. Ob illatam contumeliam, aut conuicium dictum, in exilium temporale dabatur. Ob manus illationem & calumniæ alicuius instructionem, aut delatoris subornationem, metalli pœna plectebantur, §. cum patronus l. 1. D. de officio præfecti vrbi, & l. 1. D. de iure patronatus. Ex quibus omnibus locis apparet in seruitutem eos à patronis non fuisse reuocatos ante Claudij constitutionem, & post eam, adhuc non potuisse retrahi, nisi specialiter delatores summisissent qui de patroni statu quæstionem facerent. Ipsa lex Ælia Sentia accusationem tantum eorum, non autem manus iniectionem permittebat, vt colligitur ex l. sciendum de verborum significat. D. Commodi constitutio quæ exstat in l. Alimenta. D. de agnoscend. liberis, non in seruitutem (vt ex ea male vulgo argumentantur)

sed in ministerium male meritos liberos reuocat, eosque emptori addicit quasi liberos nō tanquam seruos. Itaut verissima sint quæ præmisimus, iure veteri Romanorum non potuisse liberos à patronis in seruitutem reuocari, nec vllō pandectarum loco contrarium ostendi posse. Alio iure semper vsi sunt Athenienses, actio enim ἀποστασίς patronis aduersus liberos competebat, ἐδὲ ἀφιστῶνται τι ἀπ' αὐτοῦ, vt ait Harpocraton, ἢ ἔτι ἐν ἑπιγυράφῳται παρστατί, καὶ ἀ' κελύουσιν οἱ νόμοι μὴ πωλεῖν. Quod si in iudicio vincerentur in seruitutem retrahebantur, si vero vincerent perpetua libertate fruebantur: πλέως ἦδη fiebant ἐλεύθεροι vt Harpocraton, vel πλέως λαίπροι, vt signantius Suidas loquitur. Atque hoc ita se habere multi veterum oratorum docuerant. Lysias præsertim in oratione aduersus Aristodemum: & Hyperides in oratione contra Demetrium Apostasij siue defectionis. l. 20. Aristotelis ex Atheniensium Republica de Polemarcho verba correximus & restituiimus, vt pure & integre leguntur infra voce Πολέμαρχος. Non potuit tamen Typographorum supinitas facere, quin in textu pro ἀπαρστασίς iterum inepte excuderetur παρστασίς, & ita vetus error retineretur, quod te voluimus monitum. Putauimus autem aliquando ita concipienda hæc Aristotelis verba ἔπος ὃ εἰσάγει δίχως τι τῶ ἀποστασίς, καὶ ἀπαρστασίς, καὶ κλήρων, καὶ ἐπικληρίων, proprie enim εἰσάγει de actionibus dicebant, vnde εἰσαγώμους δίχη, vel μὴ εἰσαγώμους, sed idem de iudiciis posse dici ex hoc loco didicimus.

Pag. 41. l. 4. Αποτολῆς, Απότολος, Απότολοι, & Ε-
πίσκοποι, diuersa omnino apud Athenienses. Hoc te
doccebit etymologici auctor. Pertinent autem hæc
ad rem naualem.

Pag. 41. l. 15. & 42. l. 1. 2. 3. 4. Varia & multiplex
verborum ἀποτιμᾶν, ἀποτιμᾶσθαι, & ἀποτίμημα si-
gnificatio, vt patet ex hoc illustri auctoris nostri lo-
co. Nos vnā tantum hic attingere decreuimus,
de reliquis forte si ferat occasio dicturi infra voce
τίμημα quæ vna coniungenda est. Ait igitur solitos
fuisse veteres, οἱ πότε ita loquitur, qui tunc temporis
viuebant Athenis, nam maxime de Atheniensium
iure hoc opere agitur, cum mulieri nubenti dotem
dabant parentes, à viro quoddam quasi pignus pe-
tere, propter dotem, veluti domum aut prædia. Il-
le autem qui pignus illud tradebat vir scilicet ἀπο-
τιμᾶν actiue dicebatur, at qui accipiebat veluti vxor,
aut parentes eius, passiue ἀποτιμᾶσθαι. Hæc sunt quæ
illustrare decreuimus, tum quia ad ius nostrum per-
tinent, cuius origo hac in parte hætenus videtur
ignorata fuisse, tum quia multa continent observa-
tu dignissima. Περίξ mulierum statim ipso initio
vocata etiam fuit φερὴ, vnde Æschines decem rhe-
torum vnus optime περίξ φερῶν vocare solet, &
cum mulier marito dotem affert φερῶν, vel περίξ
εἰσπένεσθαι, vel δοῦναι dicitur, quod de viro etiam
aliquando vsurpatur, quem recte dicas cum Achille
Tatio περίξ ἐπιδοῦναι mulieri, in hiulco & lacero
illo loco libri octauī qui à nobis sanatus & redinte-
gratus est ope & beneficio manu exarati codicis
bonæ

bonæ notæ. Quia autem verba quæ ad rem faciunt non integra sunt in ipso manuscripto codice, ea ut sanata sunt & correctæ à nobis, hic apponentur. *δοῦναι οὖν μὲ παυτῆς ἀπὸ ταύτης τῆς ἡμέρας νόμιζε, καὶ σοι παρθεῖα ἐπαίδιδωμι, ὅ μὴ παρθεῖν ἐμαυτὸν, ἔπειτα ὃ ὅσω εἶς αἶ' ὁδὴν πατὴρ ὑσίδει.* Ita legisse videtur eruditus interpres, truncate in manuscripto est *ἔπειτα ὃ ὅσω εἶ* *δοκῇ*. Integrum hunc locum qui deest in omnibus excusis è manuscripto erutum & fideliter correctū reiiicimus nos in caput 20. lib. 2. lectionum nostrarū in quo multa de hoc loquendi genere Græcorum *παρθεῖα ἐπαίδιδωμι* afferuntur. Itaque ut redeamus in viam à qua paulisper aberrauimus, mulier quæ dotem viro ferebat, *περιών* vel *παρθεῖα εἰσπένεσθαι*, vel *δοῦναι* dicebatur (ut monebamus,) at quæ tradere cogebatur vir pignora in dotis illius certitudinem, *ἀποτιμήματα* vocabantur. Pollux lib. 3. cap. 3. tmemat. 4. *αἱ δὲ παρθεῖς πλὴν παρθεῖα ὑποθήκῃ ἀποτιμήματα ἐκαλοῦντο*, quæ à viro scilicet tradi solebant, quod obseruandum est ex Harpocrate, qui elegantissime hunc morem Atheniensium descripsit. Ex his lucem accipiunt quæ apud Hesychiū leguntur *ἀποτιμήματα*, *αἱ παρθεῖς τὰς περιὰς ὑποθήκῃ*, quæ scilicet peti à viro ex more solebant, ad dotis securitatem, & ut plurimum erant vel domus, vel prædium. Ideoque aptissime vsi sunt Pollux, & Hesychius verbo *ὑποθήκῃ*, non ita proprie *ἐπέχεσθαι* dixit Harpocraton (quamuis promiscue & indiscriminatim duabus his vocibus vrantur Iurisconsulti, tum Latini, tum Græci, & ab eis dicatur inter pi-

gnus & hypothecam tantum nominis sonum differre §. inter l. res hypothecæ. D. de pignoribus & hypothecis.) Nam si communem loquendi usum spectes, hoc ferri quidem potest, at si sermonis proprietatem, melius erat dicere ὑποθήκην hoc loco, quàm ἐνέχυρον, quia pignus proprie de re mobili, hypotheca vero de immobili. 238. D. de verbor. significat. & l. 9. de pigneratitia actione. D. Verum fortasse quærat quis an ius illud tradendorum à viris in dotium certitudinem pignorum, de quo hic Harpocratio, ex more, an ex veteri quadam Attica lege oriebatur. Certe Harpocratiois verba ex consuetudine ortum esse ius illud indicare videntur, quod verisimile est, sed ex consuetudine inueterata quæ vim legis habebat, Mores sunt leges non scriptæ, quæ magnæ auctoritatis habentur, quod in tantum probatæ sint, ut non fuerit necesse scripto eas comprehendere, ut loquitur Paulus l. 36. D. de legibus senat. & long. consuetud. unde apud auctores aliquando duo hac coniuncta reperies, ἔθος καὶ νόμος ἀρχαῖος, ut apud Eumarhium in amoribus Τρομνία καὶ Τρομνίος, & quia eius verba adhuc non viderunt lucem, nec à vulgaribus interpretibus percepta sunt, ea apponemus & per transennam explicabimus, τῷ π (inquit ipso initio lib. primi) ὃ ἔθος τῇ πόλει καὶ νόμος ἀρχαῖος, hic enim ciuitari mos erat, & lex non scripta: quæ conuertuntur. Parum ergo refert si dicamus ius illud Atheniense tradendorum pro dote pignorum à marito, ex more vel lege originem cepisse, cum mos & lex non scripta nihil

differant, & lex non scripta vim legis scriptæ obtineat. Ex hoc itaque antiquissimo iure descendit ius Romanorū vetus cuius vestigia quædam exstant in pandectis, ut in l. vir vxori 17. §. si mulier. D. ad Senatusconsultum Velleianum l. quod autem §. si vxor. D. de donationibus inter virum & vxorem. l. si constante, §. quotiens. D. soluto matrimonio. Ex quibus omnibus legibus rectissime colligitur maritum olim pignora tradere solitum pro dote, vxori, & quod magè notandum, disertis verbis §. si vxor l. quod autem. D. de donat. inter virum & vxorem, de prædiis loquitur, quæ à marito in pignus tradita fuerant, ut plurimum enim (quemadmodum apud Athenienses observatum fuisse notat Harpocration, cum apud eos *ἡ ἀρχαία τῆ ἀνδρὸς ὁμοῖον ἐνέχευεν ἢ τῆς ἀνδρὸς ἀξίον οἷον οἷον ἢ χειρὸς* tradi solitum dicit) apud Romanos quoque domus, aut possessiones & prædia dabantur in pignora. Leuissima autem & aliquo modo ferèda fuissent hæc humanæ diffidentiae argumenta, nisi ius illud maius incrementum cœpisset, & fides Romanorum ipsa fide Græca quæ locum prouerbio dedit, peior apparuisset, nam postquam mariti pignora pro dote tradere coacti fuere, fortius adhuc & strictius obligationis vinculum adinuentum est, fideiussores enim & mandatores post solutum matrimonium peti cœperunt, argumento l. 7. D. de exceptionibus, l. cum dotis. D. de iure dotium. l. 1. & 2. C. ne fideiussores, aut mandat. dot. dentur. Post solutum matrimonium dico, quia manente matrimonio fide-

iussor, aut mandator dari nō debebat. Ante nuptias quidem & post nuptias dari non poterat, quod ius constitutiones Imperatorum tulerunt, & sane optima ratione, videbatur enim mulier quæ se suamque vitam marito committebat, (vt loquitur l. hac lege. C. de pactis conuentis, & l. 2. Cod. ne fideiuss. aut mandat. dot. dent.) eius fidei diffidere, quod absurdum omnino & absonum erat, sic enim perfidiæ causa in eorum connubio generabatur. Ex constitutionibus igitur maritus non amplius coactus est fideiussorem, aut mandatorem vxori dare, cuius mandatu dotem ei det, quo postea possit aduersus illum fideiussorem vel mandatorem regressum habere soluto matrimonio, dotis suæ recceperandæ gratia. Et si vltro à marito datus sit, non obligatur, quia hæc obligatio à constitutionibus improbata est l. 1. C. Theodos. de fideiuss. dot. Grauius ac molestius est fideiussorem dare, quàm pignus, quia in dando fideiussore contumelia aliqua inesse videtur, quæ non est in pignore l. 17. in fine de restam. tutela. D. pignus enim rei debitæ, at fideiussor debitoris locum obtinet, quod nomen graue ac molestum est, nec ferendum vllō modo inter maritum & vxorem. Atque hæc est veteris Romanorum iuris quod in tradendis pro dote pignoribus obseruabatur, origo & progressus, quem nemo non videt petendum & deriuandum ab antiquissimo Atheniensium iure, de quo paucis iisque elegantibus verbis hoc loco egit Harpocration. Hodie nec pignus, nec fideiussor datur, quia mulier in bonis

mariti tacitam hypothecam habere censetur. Reliqua quæ ad ius Gallorum pertinent pragmaticis discutienda relinquo, ut veniam ad explicationem eorū quæ adhuc in nota auctoris nostri supersunt, ὁ δ' αὖτε λέγει, καὶ ἐπὶ τῇ ἄλλῃ ὀφλημάτων. Id est voces hæ *ἀπὸ τίμας*, *ἀπὸ τίμασθαι*, & *ἀπὸ τίμημα* non tantum de pignoribus & hypothecis, quæ à marito mulieri traduntur pro dote dici possunt, sed generaliter vel in hypothecam accipere, vel pignori dare significant, pro quolibet scilicet debiti genere, non solum pro dote aut locationibus, sed & pro aliis omnibus negotiis in quibus contrahuntur obligationes. Hesychius Grammaticorum peritissimus hoc bellissime confirmat, *ἀπὸ τίμησθαι*, ait, ὅτι λαβεῖν εἰς ὑποθήκην. Vide Demosthenem orat. contra Onetorem secunda. Lysias hoc etiam docuerat in oratione aduersus Diogenem de locatione domus, si tamen illa legitima erat. testis Harpocration.

Pag. 42. l. 12. *Ἀπόπαφος* ille est est apud Dinar-
chum in denunciatione aduersus Agasiclem, qui priuatus est maiorum suorum sepulchro. At *ἀπόπαφοι* serui erant οἱ σκυριεσθότες πρὸ ἐλευθέρων, ut ait Hesychius, καὶ μὴ σκυταφέντες αὐτοῖς, in quibus plane cæcus sum, nec memini me simile quicquam in monumentis veterum legisse. Forte pro πρὸ ἐλευθέρων, legendum τῇ ἐλευθέρῃ, aut τῇ ἐλευθερίᾳ. Sed nihil constituo.

Pag. 42. & 43. l. 22. & 3. Quod nos hodie inuentarium & repertorium vocamus, veteres Græci ἀπογραφὴν, vel ἀπόφασιν dixere. Hæc in permutationi-

bus quas ἀντιδόσεις appellabant, maxime utebantur, ut sæpius testatur Demosthenes in orat. aduersus Phænippum. Illa vero in quibuscumque descriptionibus & professionibus censuum, quæ fiebant, ut sciretur quantum quisque ciuium haberet in facultatibus. Demosthenes semel tantum ἀπόφασι quæ propriè in permutationibus contingebat, ἀπογραφή vocauit, ex notatione Harpocratonis. Sed & ἀπογραφή quiddam aliud significat, est enim species actionis de qua, ne diutius in istis tempus, teramus, videndus Demosthenes in orat. aduersus Androktionem, & in orat. aduersus Nicostратum de Arethusij seruis, si tamen hæc legitima sit.

Pag. 43. l. 5. 6. 7. Glossa huius verbi ἀποφορεῖν, infinitiuium potius, quem de nouo dedimus ex Suidæ penu, requirere videbatur, quàm accusatiuium ἀποφορεῖν quæ præcedentes editiones retinuerunt. Isæi tamen ex oratione aduersus Orgeones verba, (sic inscribi debet illa oratio, πρὸς Οργεῶνας, ut patet ex verbo Οργεῶνες infra, aliquoties incuria librariorum in hoc opere peccatum est, & pro Οργεῶνας, Οργαῖνα, vel Οργεῶνα scriptum, ac si non aduersus sodales Orgeones, sed contra priuatum quemdam Orgeonem habita fuisset illa oratio ab Isæo, quæ menda benignus lector condonabit, & aduertet in verbis ἰσὶ πάντας & εἰς πόλιν, constanter legendum πρὸς Οργεῶνας.) Isæi inquam ex illa oratione verba, ἀποφορεῖν in accusatiuo potius postulare videtur, ita enim habent, εἴθε γὰρ ὡς αἱ τῆς ἀποφορεῖς αὐτῆς τῆς παύσαι ἀλλότριον εἶ) ὅτι χρεῖον. Hisce distantibus & inter-

stittiis pedum. vertit vir consummatissimus in Græcis, quia pro *παῖδων* veteres omnes editiones *ποδῶν* habent. Nos recens *παῖδων* restituimus. Quomodo enim potius pedum interstitiis, definitum fuisse asseruisset orator fundum illum alienum esse, quàm annuis vel mensstruis pensitationibus, & ἀποφοραῖς quæ à seruis, quos *παῖδας* vocat, dominis fiebant, per varia temporum interualla. Certe nunquam mihi persuadere potui ἀποφορὰ distantiam significare simpliciter, pensitationem quidem quæ diuersis anni tempestatibus, & quasi per interualla præstatur, innuere potest. Quomodo accipitur apud Grammaticorum probatissimos Pollucem, Ammonium, & Herodoti glossas, quod etiam sibi velle videntur verba hæc auctoris nostri ὁ ἀπερχομένη, καὶ ἀφ' ἑσθ' ἐμὴ ποιεῖται μεταξὺ. male ἀφ' ἑσθ' ἐμὴ legebatur. De pedum quidem distantis & interstitiis, in limitibus agrorum loqui sæpius Gromaticos auctores non est dubium, talia enim sunt apud eos ὅσα κόνις. Imò & ipsa Solonis lex, quæ in tit. finium regundorum in Pandectis ex parte allata est, tota de distantis & interuallis pedum est, quæ inter vicinos relinquere debent, si alter eorum, vel murum struere, vel ædificare velit, aut sepulchrum & scrobem fodere aut puteum, vel si oleam aut ficum, aut alias arbores plantare desideret. Integrora eius legis verba quàm quæ vulgo leguntur, dedit eruditissimus vir Ioannes Leonclaius in eclog. Basilic. & in notatorum quæ cum veteribus Paratitlis in Cod. editæ sunt lib. 2. numero 34. Quædam adhuc lacera su-

per sunt, quæ meminimus à nobis suppleta fuisse beneficio Basilicorum, quorum nobis copiam non denegavit clarissimus Senator Ioan. Faber, magni illius Petri Fabri filius. Sed hæc alias & opportunius & diligentius absolventur, agamus quod agimus. Depedum distantis, non intempestive forte hic, dum de finibus agrorū agebat, loquutus est Isæus, at ἀποφθεῖν simpliciter intervallum aut distantiam significare, & accusativum hunc glossematice per ἀπενεγκῆν, καὶ ἀφίστημα πῶσται μεταξὺ explicari, hoc quidem remotissimum & alienissimum esse nemo non videt, quod tamen probare veriti non sunt viri non ultimam familiam in literis ducentes. Nos in his nihil certi decernimus, imò omnia adhuc curatius examinanda acutioribus & accuratioribus tradimus, non enim hæc difficultate carent.

Pag. 43. l. 10. Dinarchus in oratione contra Archestratidem, κατ' Αρχεστράτιδου, sic concipienda epigraphæ huius orationis, non vt excusi omnes inepte & corrupte Αεισχερίπεις, manuscripti Αρχεστράτου habebant, ex quo nos confecimus Αρχεστράτου, contra quem orationem hanc habuerat Dinarchus, vt patet ex multis auctoris nostri locis. Dinarchus inquam in illa oratione, ἀποψηφίζονται dixerat, pro καταδικάζουσιν αὐτὸν μὴ εἶναι πολίτην. Aliud est ἀποψηφισαομαι κατὰ τοῖς δικασταῖς, aliud εἰς τοῖς κατὰ δῆμον ἐργασθεῖσις. Hoc condemnare significat, siue καταψηφισαομαι, vnde iudicia illa ἀποψηφισαομαι dicuntur, de quibus erudite Harpocration voce ἀποψηφισαομαι. Illud absolvere, siue ἀφίστηναι. In oratione Dinarchi

narchi quæ hic laudatur, ἀποψηφισαῖται condemnare significat πᾶς ἐν τοῖς δήμοις κρίσις tribuunt iudiciis, ἐκ φυλλοφορήσας proprie illud dicebatur, quia οἱ καὶ δῆμοι διαΐζοντες foliis suffragia ferebant, quibus inscribebant εἰ τις ὡς παρέστηκεν ἐκρίνετο. Plura ad ἐκ φυλλοφορήσας & ἀψηφισίς. Demosthenes orat. de Corona, Antiphontem ἀποψηφισάμενα commemorat, ad quæ Vlpianus acutissime. ὅπως γὰρ ὁ Ἀντιφῶν Ἀθλωμαῖος ἐδόκει εἶναι, πρῶτον γηγομήνῳ ὃ τῷ καλομήνῳ ἀψηφισίῳ, ὃ ἔστιν ἑξεπασίῳ, ἐν τοῖς δήμοις ὡς ἔσθες, εἰ ἄρα φύσιν Ἀθλωμαῖος ὅτι ὡς ἐξέσταται ἐαυτῷ ἐκ κορυφῆς πηλῆς εἰς τοὺς αἰσιν, ἀποψηφισάμεν δὲ καὶ ἀπεδοκιμάσθαι ὡς ὅτι ὡς αἰσιν καὶ ἐκτέλλεται.

Pag. 44. l. 4. 7. Non sine ratione in verbis Dinarchi ex oratione contra Pytheam coniciebat corruptum esse Harpocration ὅτι ἀπαρτίων, & peccatum illud esse scripturæ, sed non temere etiam nos, in eius restitutione corruptum & portentosum esse ὅτι ἀλησιπών dicemus, quidam codices manuscripti ἀλυπίων habent, & ita vara vibiam sequitur, ut est in veteri verbo. Melius & rationi conuenientius antiqui illi codices, in quibus auctor noster scriptum fuisse asserit παριόπων, pro ἀπαρτίων, nam παρίοπις vox usitata est, & specie locustæ significat, ἀπαρτίων autem vel ἀλησιπών, vel ἀλυπίων nullus antiquorum unquam dixit, imò nec ipse Suidas hanc Harpocrationis restitutionem retulit, unde coniecere licet eius etiā tempore corruptos in hac parte fuisse Harpocrationis Codices.

Pag. 44. l. 10. & 11. Non Ἀσφινίως populus est

tribus Ægeidos, vt innuunt hæc Harpocratonis verba, sed *Ἀεφύω* vt optime epitomator Stephani. *Ἀεφύω* tribulis, aut ciuis est illius populi, sed crebræ sunt illæ apud auctores *μεταβολαί*. Supra voce *Ἀλαλῆ* ante editionem nostram, *οἶμα δῆμου* legabatur pro *δῆμου*, cum *Ἀλαλῆ* potius tribulis, quam populi nomen sit, & tamen ferenda erat hæc lectio, quia his conuersionibus gaudent Ethnographi non rarò.

Pag. 44. l. 13. 16. & 23. Æschinis oratio *τῇς ἀποδόσεως*, illa est qua falsæ & male obitæ legationis accusatus à Demosthene, defendit se & à calumniis purgat. Aduersaria Demosthenis oratio *τῇς ἀποδόσεως* inscribitur, hæc *τῇς ἀποδόσεως*, quod in ea rationem reddat Æschines defunctæ & peractæ legationis: vulgo etiam *τῇς ἀποδόσεως* inscribitur sed minus propriè. Verba autem ad quæ hæc notauit Harpocraton, ita habent in illa oratione, *ἐκ παίδων ἢ ἀπαλαττόμενος, καὶ δέκα παλαιοὶ δίκας καὶ τῷ ὅτι ἐπὶ πωλεγγόων, Ἀργαῖς ἐκλήθη, &c.* *Ἀργαῖς* cum circumflexo in vltima legit auctor noster, contra cuius fidem, & omnium antiquorum vt Plutarchi, Hesychij, Suidæ, & aliorum, recentiores quidam veterem hanc & germanam lectionem torquere conati sunt *ἀποδοσέως*. Eruditissimus Læbinus ad od. Flac. 19. l. 2. in verbis Æschinis non *Ἀργαῖς*, sed *Ἀργαῖς* legendum probare conatur. Est etiam alter consummatissimus in litteris, & acutissimus vir quem honoris causa non nomino, qui negare ausus est Demosthenem *Ἀργαῖς* vocatum

fuisse, & non Ἀργαῖ, sed Ἀργὸν dici eum debere contendit ex auctoritate Didymi critici antiquissimi & excellentissimi, ὁ γὰρ Δημοσθένης, inquit, ἔστ' ἀπὸ τοῦ νέος ἐλέγχο βαταλός, ὕπερ ὃ γηρόσαι καὶ ἀκίνητος ἐν πᾶσι τοῖς σιωπασίας, ἐλέγχετο ὄργος, quasi lentus & segnis ad rem veneream. Verum bona huius doctissimi viri venia dixerim, ex verbis illis Didymi, non posse colligi Demosthenem non Ἀργαῖ, sed Ἀργὸν dici debere, nam ideone non dicitur Ἀργαῖς, quod ὄργος vocatus fuerit, ut testatur Didymus? non certè, cum enim adhuc in ætate iuuenili esset, vel ut loquitur Æschines ἐκ παίδων ἀπαλλαγόμενος, Ἀργαῖς dictus fuit, at cum ad senilem peruenit ætatē, ὄργος. Itaut apud Æschinem optime Ἀργαῖς legatur, quod eum vix ephœbum ita vocatum esse dicat. Solum discrimen ætatum docto illi viro persuadere poterat, si hæc attente legisset, utramque denominationem Demostheni competere potuisse. Nos de hac voce Ἀργαῖς non addemus plura, quia quæcumque de scommatis huiusmodi & dictis Æschinis & Demosthenis ab Harpocracione relata sunt, & alia plurima quæ passim in eorum orationibus leguntur, in cap. 15, lib. 2. lectionum nostrarum coniecimus, in quo de variis conuiciis βλασφημίαις & falsis dictis, in quibus luserūt inter se hi duo oratores, satiatissimè a nobis actum est. Alia persequimur, & monemus in linea 16. Achæum quidem ἐν Ἀδριατικῇ laudari, sed literato nemini certò adhuc constare, quis ille Achæorum, an iunior Syracusius, qui decem Tragœdias tantum scripserat, an alter Eretrienfis,

Pythodori vel Pythodoridos filius, qui Olympiad. 74. natus est, & dramata docuit quadraginta quatuor, vel ex quorundam sententia, triginta, aut ut alij existimauere vigintiquatuor tantum. Semel eū vicisse ferunt, & Sophocle paulo iuniorem cum Euripide Olympiad. 83. in pretio habitum esse. Equidem ex huius Tragœdiis multas auctoritates promit Athenæus, ut non leue sit hinc arguere, de eo loqui Harpocratonem hoc loco. Præterea eadē linea pro *Τίμαρχος δὲ ὁ Πόδιος* legendum est *Τίμαχίδας ὁ ὁ Πόδιος*, veterem tamen lectionem nolimus interpolare, quod manuscriptorum auctoritate confirmaretur, & Suida, sed æquum & consentaneum est ut innouetur, nam non Timarchus, sed Timachidas Rhodius Glossographus hic laudatur. Scio quidem apud Athenæum lib. 11. Timarchum quemdam citari, qui libros *ἑξ τῶν Εραποθέτου Ερμῶς* composuerat, sed Rhodius ille non erat, nec ut opinor Glossographus, qualis Timachidas, quem hic laudari conuincunt hæc verba *οὐ καὶ γλωττῶν*. Glossas cōposuerat Timachidas, ut patet ex Athen. lib. 2. dipnōf. Hesych. Suida, & ex his quæ de eo retulimus in dissertatione critica, an idem ille sit qui libris vndecim, vel etiam pluribus cœnas descripserat, non vltius inquirō. Viri docti Grammaticum à Poëta separant, sed nihil impedit, quin Grāmaticus Poëta fuerit, maxime cum apud Athen. Timachidæ etiam Rhodij laudentur carmina, quæ de cœnis composuerat, & Glossæ. utrum de eodem auctore loquatur Athen. amplius est quærendum

Veniamus ad alia. l. 23. Quamuis veterem lectionē retinuerimus, & ἐν μὲν τοῖς Ἀθηκισμοῖς excusum sit, tamen melius est legere Ἀθηκισμοῖς, ut infra voce Θύσιον, in qua plura vide de differentia quæ constituenda est inter Ἀθηκῆς & Ἀθηκισμοῦ, cum Attici scilicet vel Athenienses apud veteres laudantur, vel Atticisimī.

Pag. 45. l. 3. Hæc vera sedes est vocis Ἀργαῖος, & Theopompi ē rerum Philippicarum primo, verba ita restituenda ex manu exaratis, τὸν Ἀργέλαον καλοῦσι, non ut præcedentes editiones, Ἀργέλεων, & Ἀργαῖον, καὶ Πρωσπαιῖαι. Porro de hoc Argæo præter Demosthenem in orat. contra Aristocratem, Libanius verba fecit ἐν παρρησιαστικῇ πρὸς Ἰαλιανόν, quem nunc primum edidit doctissimus Federicus Morellus, διεξήλθεν αὐτὸν, inquit, & πρὸς Φιλίππου, τῷ Ἀμύντου, & πρὸς Ἀλεξάνδρου τῷ Φιλίππου, ὧν ὁ μὲν Ἀθηναίων τὸν Ἀργαῖον καταγόντων κεκρατηκώς ὥσπερ διέρχεται ἀπέπεμψεν.

Pag. 45. l. 9. Cum primum in hunc locum incidi, imperitia & oscitantia Typographorum male excusum fuisse Ἀργεσσα pro Ἀργουσα statim mihi persuasi, sed postquam de luculenta eius enarratione cogitare cœpi, inveni veterem hunc esse errorem, & quem membranæ ipsæ retinuerunt, imò & auctoris nostri Simia Suidas. Argura (Ἀργουσα enim cū Demosthene, Stephano, & aliis legendum est.) Eubœæ ciuitas est in Chalcidice, teste Aristotele: Chalcidensi in volumine quod de Eubœa confecerat, ὡς Αἰσυντέλης ὁ Χαλκιδεύς ἐν τῇ πρὸς Εὐβοίας (ait Harpocration.) Quis Aristoteles ille qui manus &

oculos Diogenis Laërtij, Stephani, Athenæi, & huiusmodi Heroum effugit? adeóne infelix, & parum cognitus, vt non meruerit quendam locum sibi vindicare in diuinis eorum scriptis? Nullum inueni antiquorum, qui de hoc Aristotele Chalcidensi scriptis quædam mandauerit, Soli, ni me fallit memoria, Apollonij Rhodij enarratores Theo, Sophocles, Tarræus, eius tanquam in transcurso meminere, quo loco ita commentantur ad Argonautica, Στίδας καὶ Αἰσωτέλης οἱ παρ' Εὐβοίᾳ περὶ ματρυμῶναι, (de Aristotele enim Chalcidensi intelligenda illa verba.) Sed quid faciemus Vlpiano veteri Demosthenis interprete, qui ad hæc Midianæ ἐπ' Ἀφράῳ ὀχρὺ μῦθος, non Ἀργύρας cum Harpocrate, & fæce interpretum, vt ille loquitur, legendum esse putauit, sed Ἀργυράς? Itaut secundum eum ex verbis Demosthenis hic sensus sit eliciendus, Midiam vsum esse cathedra argentea, ad molliem & eius lasciuiam arguendam & aperiendam, non cathedra ex Argura Eubœæ ciuitate sibi comparata, quomodo vulgus existimabat. Verba illius digna relata sunt. Εἶθ', inquit, ἵνα μὴ ἀντιπίσση, πῶς οὖν εἰ κακῶς, ἐρχήσασθαι ταύτῃ τῇ κατήδρα, παρσιθήκει Ἀργυράς, ὅ μὲν ἠργυράσθαι πλεὺς κατήδραν, δείγμα μὲν τῆ ὀπιτηδωδίουτος, καὶ ἐντυφώνους ταύτῃ παρ' εἶδός, ὅ δὲ καὶ ὅτι Εὐβοίας, ὅτι μὴ εἰσθῆται τῇ Αἰσώσῃ ταύτῃ ἐργάζεσθαι, αὐτὸς ὅτι Εὐβοίας ὠνήσασθαι. καὶ δὲ δημόθης, scriptura scilicet aut lectio vulgaris, ὅτι Ἀργύρας ἐχθρὸς, ἀπὸ τοῦ τοῦ Εὐβοίας, ἀλλὰ τὰ ἐξῆς δηλοῖ, ὅτι μετακίδαν, αὐτὰ καὶ τυφλὸν οὐκ ἐδίξει, Χλαμίδας λέγων, καὶ ἰμάτια τυφλέα, καὶ σκεδὴ ὀπιτηδωδία

αὐτῶν ἀντιμεινόντων βίον. Quæ profecto verissima & acutissima sunt, & vulgarem aliam lectionem reiiciendam demonstrant apertissime.

Pag. 45. l. 13. 14. 19. Dinarchus in oratione contra Proxenum λαῖνός, ita vulgares omnes editiones & nostra, sed melius, quantum reor, exarati manu habent βλαῖνός. quam lectionem etiam amplexus est Dionys. Halicarnass. Dinarchus inquam in illa oratione usus erat his vocabulis ὄργυις θήκη, vel ut quædā membranz habent vno verbo ὄργυεθθήκη. Testis Harpocration, cuius verba hoc loco non ita facilia sunt, ut vnicuique statim patere possint, nam amabo te quid omnia illa quæ post has voces ὄργυις θήκη subiunguntur sibi volunt? præcipuum eius intentum in eo versatur, ut explicet enodetque glossematicè quæcumque ex orationibus decem rhetorum haurit, vel difficile, vel incognitum & imperuium: vbinam quæso horum verborum ὄργυις θήκη glossa est, vbi enarratio? Quid denique ex his colligi potest, quo Dinarchi illa verba clariora & faciliora reddantur? Scio quid magni viri, & quos nihil in literis fugit, ad hæc responsi daturi sint, absit etiam ut diuinas illas mentes in his terrestribus immorari credamus, eorum qui nectare & ambrosia saturantur, gustus & appetitus vix potest mortalibus his cibis irritari aut prouocari. Non res nobis cum illis Heroibus, cum candido & æquo lectore agimus, & ab eo familiariter quærimus vtrum postquam hæc legerit, videat quid concludere velit auctor noster. Non dubito, dummodo doctus po-

tius esse quàm videri malit contra huius seculi mores, quin sincere fassurus sit se in verbis quidem aliquid videre, at in mente aut intento plane nihil. Non operam igitur aut oleum perdidisse videbimur, si horum sacrorum adyta & penetralia referare tentemus, in eorum gratiam qui nondum in ea fuisse admissi. Duæ erant antiquitus apud Athenienses *γραμματοδίων* species, & quibusdam tantum utebantur ad scribendum, aliis vero, ad argentum recondendum & reponendum, quæ etiam *Κιβώτια* vocabantur, id est arculæ, seu cistæ, fisci, unde fiscus nomen accepit. Neoterici eos fiscos, aut illa *γραμματίδια* *ᾠρυεθήκας* dixere, Dinarchus diuisis vocibus, *ᾠρυείδας θήκας*, ergo hic *ᾠρυεὶς θήκη* reconditorium argenti est, sine *γραμματίων ᾠρυεῖον*, quod *Βοιωπικὸν καὶ κοῖλον* vocabant. Simpliciter aliquando dicebatur *ᾠρυεῖον* Hesych. *ᾠρυεῖον, γραμματίων ὁ καὶ Βοιωπικόν, καὶ κοῖλον λέγεται*. Rursus, *ᾠρυεθθήκη, ὁ ᾠρυεῖον γραμματίων*. Pollux lib. 4. cap. 2. *Βοιωτίον* vocat, *γραμματίων ὅ*, inquit, *ᾠδὴ τοῖς Ἀθηναῖς, καὶ ὁ ὧ ᾠρυεῖον ἀπένετο, ὁ καὶ γραμματίων Βοιωπικὸν ἐκάλουν, οἱ ὅτε ᾠότεροι αὐτὸ καὶ ᾠρυεθθήκην ὠνόμαζον*. Sed hic nos antequam in Hesychij verba incidissemus, pro *Βοιωτίον* reponere *Κιβώτιον* tentabamus moti auctoritate Harpocratonis, qui *γραμματίδια* illa in quibus argentum reponebatur, vocata etiam fuisse *Κιβώτια* refert. Miror quomodo plura esse huiusmodi *γραμματίδια* dixerit, cum alij omnes auctores ad vnum, apud Atticos vnicum tantum fuisse docere videantur.

Pag. 46. l. 5. Lyſias in oratione *πρὸς Αλεπίδιον*, hæc eſt vetus lectio quam retinuimus, *πρὸς Ελπίδιον* habent manuſcripti, vtrum melius non iam inquiremus, imò vero de Ardetto pauca monemus. Ardet-
tus, (qui ab heroe antiquiſſimo, *ὁς ΑΠωαίχης πρὸς Εξώρκισιν*, ſic legendum non vt male hæcenus excu-
ſum eſt in veteribus editionibus & noſtra *Εξαίσιον*.
primus enim hic Ardettus populum ſeditionibus,
& inimicitiiſ ac diſſidiis plenum ad concordiaſ iuſ-
iurandum adegit,) locus Athenis erat *ὁ πρὸς τὸν ἱερὸν*
Πωαίχων πρὸς τὴν δῆμον, τὴν ὑπὲρ τῆν Αργύλεων, vt
ait Harpocratiſ, at vt Pollux *Ειλιſſον πληſιον*, vnde
forte apud Heſychium eſt reſtituendum & legen-
dum, *τὸ πρὸς τὸν Ειλιſſον*, nam hodie *Ιλιſſον* excu-
ſum eſt, *ἐν τῇ Πωαίχῃ καὶ τῇ ἱερῇ*, *ἐν ᾧ τοὶ ὄρκους*
ἐποιούσιν, male etiam in excuſis legitur *ὅρκους*. Eo in
loco iurabant Athenienſes vna omnes iuramentū
Heliſticum, cuius iuriſiurandi formula integre cō-
cepta eſt in orat. Demoſth. aduerſus Timocrat. Vl-
pianus multa ad illa verba *τῶν ὁμομνηſτων Ηλιαſτικῶν*
ὄρκων. Pollux lib. 8. cap. 10. forum quoddam fuiſſe
quod vocabatur Ardettus manifeſte teſtatus eſt, in
quo Apollinem Patroum, Cererem, & Iouem regē
iurabant. Iudicium vero iuſiurandum hoc erat, iudi-
caturus ſe de illis rebus, de quibus leges eſſent, ſe-
cundum eaſdem: de quibus autem nullæ forent, ſe
iuſtiſſimas laturus ſentenſias. Cum vero ſimul etiā
iurabant partes, ideſt illi qui iudicia experiebantur,
omne illud *ἀμφιορκία* dicebatur. Sic intelligenda
ſunt hæc Pollucis *ὁμομνηſτων ὅτι καὶ δικαζομένων ὁ πρὸς*

ἐκαλεῖται ἀμφωρκία, quæ ab inepto interprete non fuisse percepta.

Pag. 46. l. 15. Non Ἀρθμιος, sed Αἰθμιος constanter retinuerunt manu exarati, ut & infra voce ἄθμιος, ubi forte de eodem hoc Arthmio mentio, verum præter auctoritatem omnium excusorum, qui huic vulgari lectioni fauent, accedunt præterea Demosthenis codices, in quibus Ἀρθμιος semper scriptum inuenitur. Vide Philippic. orationes.

Pag. 46. l. 17. Aribarzanes quidam dicunt, alij Ariobarzanes. Suidas utrumque habet. Cæterum voces omnes quæ leguntur ab Ἐργασίᾳ usque ad Αἰεσίῳ, à nobis in ordinem natium & alphabeticum redactæ sunt, cum antea confuse & ἀτάκτως legerentur, hoc facile deprehendent illi qui veteribus editionibus potientur.

Pag. 46. l. 22. Ut Aristylla apud Græcos, ita & Aristyllus proprium viri nomen. Aristylla Aristogitonis soror. Hesych. de Aristyllo, Αἰεσύλλος, ὄνομα, supple κέειν, viri proprium nomen: supra monuimus hæc indiscriminatim & promiscue apud Grammaticos poni, ὄνομα solum, vel κέειν solum, ut Latinorum proprium nomen designent. Porro Hesychij verba de Aristyllo poeta obscæno & αἰχρουργῷ intelligenda sunt. Vide Aristoph. in Pluto, Cōcionantibus, & eius enarratorem.

Pag. 46. l. ult. pag. 47. l. 1. & 3. Suidas hoc loco insigni confusione liberandus est, & vna explicandus. Aristæus, Aristeus & Aristion diuersa procul dubio nomina, nec teilla mouere debent, Αἰεσί

δι' Αριστεύς, & Αριστηὼν ὠσαύτως, nam horum verbo-
 rum hic genuinus & germanus sensus est, voces illæ
 Aristæus, Aristæus & Aristion nomina propria sunt,
 virorum, ideoque Harpocration de Aristæo, ait ὄνο-
 μα καὶ τὸ κῆρυξ, quia iam de Arthmio loquutus e-
 rat. Aristion hic siue Aristæon (habet enim Suidas
 Αριστηὼν.) Samius aut Platæensis, Demosthenis so-
 cius ex Myracillio, ab eo missus est ad Hephæstio-
 nem. Ηφαίστιονα enim legendum non Τφαιστῶνα, (ut
 male veteres editiones & nostra,) fœderis pacisgen-
 di gratia, Marfya teste. At inquiet πολυπραγμων
 quis, cur in locum Hylli qui hoc loco laudari vide-
 batur, successit Diyllus? cui dum facio satis, vna de
 Diyllo quædam moneo, male ante hanc nostram
 editionem hic legebatur ὡς δ' ὅμοιος, nullus enim
 Hyllus auctor Græcus, Hyllus quidem apud Ma-
 crobium quidam Romanus scriptor, at ex Græcis
 nēminem inueni qui Hyllus vocaretur, scriptorem
 dico, Heroes siquidem Hyllus Herculis, & Melites
 Ἐγæi fluij filia, vel Herculis & Deianiræ filios
 agnosco. Nec me latet apud Stephani mutilatorem
 voce Αἰθίοποι hæc legi, Χωρίον Αὐδίας πατρὶς Ἰλλοῦ
 πλησίον τῷ Εὐεῖππου, sed non auctor hic Hyllus est,
 imò potius fluius aut pars quædam Lydiæ sic vo-
 cata. Scriptoris Græci verum nomen est Diyllus
 quod me docuit eruditissimus Casaubonus in no-
 tis ad Diogen. Laert. ex Diod. Sicul. Plutarcho, &
 aliis. Audi Diod. lib. 16. Διὸς οὐκ ἔστιν Ἰλλοῦ τῆς
 Ἰσουλίας ἀπὸ τῆς Ἰερουσαλὴμ, καὶ γὰρ ἔστιν Ἰλλοῦ εἰς τὴν
 Ἰσουλίαν, συμπεριλαμβανὼν πᾶσας τὰς ἐν τῇ γῆτις Ἰσουλίας
 πόλεις, συμπεριλαμβανὼν πᾶσας τὰς ἐν τῇ γῆτις Ἰσουλίας

ἡδύας ποσειδῶνι, ὡς πὶ τῷ Ἑλλάδα, καὶ Σικελίᾳ. Huius Diylli symposiaca apud Athenæum laudari videntur, sed Δίδυμος illic legendum iamdiu monuit idem Casaubonus in notis ad Diogen. Laërt. in Lycone, (Symposiacorum enim legitimus parens Didymus. Diog. Laërt. Etymol. & innumeris aliis id referentibus,) quod nouissime repetere non dedignatus est in notis suis ad Hesych. Illustr. Ioānes Meursius vir non summæ solum eruditionis, sed & summi & indefessi laboris.

Pag. 47. l. 6. 10. Vide quæ obseruamus infra verbo διατρίβειν. De Cratino autem, & eius dramate, quod ψήφισματα vocabatur, en tibi quæ supra verbo ἀνδρῶν polliciti sumus. Diximus aliquando nos hoc loci putasse restituendum, καὶ Κρατέρῳ ἐν τοῖς ψήφισμασι, quod Craterus ille Macedo Decretorum volumina collegisset, ut Lysias ψήφισματα scripserat, quæ apud Pollucem lib. 7. cap. 2. laudatur, τῆς δὲ εἰσωνίας εἴρηκεν ἐν τῷ ὡς αἰσωνδοποιῶν, ἐν ᾧ τοῖς Ἀθηναῖς ψήφισμασι, ἀ τοῖς ξένοις ὅτι πὶ μὲν ἐγχαίροτο, ὅτι δὲ εἴται αὐτοὶ καὶ οἰκίδον ὡς ἡμεῖς. (Hodie in Gallia nos huiusmodi homines à trivio vocamus *Collecteurs d'Arrests*, ad quorum nugas, & somnia excudenda, & typis mandanda, diuina hæc excudendi ars potius inuenta videtur, quàm ad serias & non ita futiles doctorum virorum lucubrationes posteris imperitiam sequioris huius seculi hominum miraturis, & typographorum auaritiā contempturis relinquendas.) Sed non male Κρατῖνῳ etiā posse legi coniecimus deinde, quod Cratinus Comicus

drama forte composuerit quod vocabatur *ὑπόγραμμα*. Nullum adhuc antiquorum inueni, qui eius meminerit, sed quid prohibet *ὑπόγραμμα* illum composuisse, qui *Νόμοις* & *Νέμοις* docuerit: *Νόμοι* eius apud Pollucem lib. 6. cap. 10. & lib. 7. cap. 22. apud Athen. lib. 11. & Aristoph. interpretem ad Equit. laudantur. Cratinorum vnus veteris comœdiæ auctor, qui teste Suida dramata tantum viginti & vnum docuerat, è quibus *νόμοι* & *νέμοις* apud Athen. & alios auctores laudantur: fortè inter ea recensendum & istud quod *ὑπόγραμμα* nuncupabatur. Alteri iunior qui Omphalé, & alia dramata quæ apud Polluc. & Athen. laudantur composuerat. Sed ex re tam incerta quid quæso certi proferri possit? Vfus & continua lectio rerum optima magistra hæc nos tantum docere possunt.

Pag. 47. l. 15. & 17. De Arcturo, Arctophylace, qui & Bootes dictus est, vide quæ animaduertit Scaliger *ἀπὸ τοῦ* ad Manilium. Erorianus optime de eo & conuenienter. *Ἀρκτοφύλαξ, ὃν πηρὶς Ἀρκτοφύλαξ καὶ Ἀρκτοφύλαξ καὶ Ἀρκτοφύλαξ. ἔστι δὲ πηρὶς Ἀρκτοφύλαξ ἀστὴρ ἐν τῇ ζώνῃ τῆς Βοώτου καίματος.* Harpocration *Ἀρκτοφύλαξ*, quod paulo diuersum est, aliud siquidem est in Zona cuiusdam astri esse, aliud sub Zona eiusdem. Sed hæc ad Astrologos pertinent, in quorum messem nos falcem nostram non iniicimus.

Pag. 47. l. 22, Inepte & infulse præcedentes editiones quæ ab his verbis leguntur *ἀρκυς ἀρκτοφύλαξ* usque ad finem, ab hac voce *ἀρκτοφύλαξ* diuulsa & separata

habebant, nos primi omnia coniunximus & colligauimus hoc loco, & alijs innumeris eiusdem generis, vt apparebit.

Pag. 48. l. 2. Alij Harmostæ quia Lacedæmoniis in subactas & subiugatas vrbes mittebantur, de quibus Eratosthenes in libro quem confecerat de bonis & malis, & Demosth. orat. pro Ctesiph. Alij illi quia ab eisdem Lacedæmoniis turbato & confuso Reipublicæ statu elegi ac constitui solebant, ad abigendos & expellendos tumultus omnes publicos & priuatas ciuim feditiones. Hi Harmostæ à Thessalis ἄρχαι vocabantur, tantæque pollebant auctoritate & potentia, vt Regum & Tyrannorum instar regnarent. Refert Dionys. Halicarnass. ita à Lacedæmoniis vocatos fuisse, quod eos veriti essent reges, aut tyrannos vocare, speciosum nomen ἄρμωσις, & populo magis gratum quam Regis aut Tyranni. Lusi eruditissime & acutissime in nomine ἄρμωσιν, Aristides orat. eis. Πόλις, ἐμπόπλων ἢ ἡ θάλασσα, inquit, τῶν ἄρμωσιν ὀκνητοῦνται, ἀπὲρ ἄρμωσιν καὶ οὐ καὶ τοῖς κατὰ κράτος τοῖς ἐχέουσιν τὰ πόλεις, quibus optime Harmostarum munia & officia depinguntur, eorum scilicet, quos in subiugatas ciuitates mittebāt. Nam alij qui creabantur ex orto populari tumultu & feditione, longe diuersi erant, vt apud Romanos Triumviri Reipublicæ constituendæ, de quibus Sueton. in Oct. Aug. à Decemviris qui in ciuitates redactas in ditionem mittebātur vt eis præessent. Harmostæ apud Lacedæmonios qui denictis & subiectis ciuitatibus præficie-

bantur, Decemviris Romanorum recte comparari possunt: Vt *Επισκόποις* siue *Φύλαξι* Atheniensium, de quibus elegantissime Theophrastus in primo *πολυπύκνῳ περὶ τῶν χειρῶν*. πολλὰ γὰρ καλλίον κατὰ γὰ πλὴν τῆ ὀνόματος ἔστιν, ὥς οἱ Λάκωνες Ἀρμιστὰν Φάσκοντες εἰς τῶν πόλεως πέμπουσιν. ὅθεν *Επισκόπους* οὐδὲ *Φύλακας* ὥς Ἀθηναῖοι. Triumviris vero & Dictatoribus Republicæ constituendæ, alij Harmostæ in ciuili tumultu summa præditi auctoritate. Vsurpari autem postea cœpit hoc nomen ab auctoribus non tantum cum de Lacedæmoniis egerunt, à quibus originem habuit, sed & cum de aliis populis, quibus moris fuit etiā in subiugatas & debellatas vrbes præfectos, & præfides mittere & delegare. Quomodo Franci in Italiā. vnde Agath. lib. 1. & 4. *Φερσίῳ Ἀρμιστῶν* dixit. principes nostri hodie *νό Ἀρμιστῶν* vtuntur, sed Viceregibus, quos *Viscounts* vocant, qui non tantū vt veteres illi Harmostæ & magistratus, ad regendas vrbes subditas & redactas in potestatem Regum nostrorum mittuntur, sed & integras prouincias & regna. vide infra *δικεδαρχία & παρισταρχία*.

Pag. 48. l. 6. Poteramus hic veterem lectionem seruare, sed non male meo quidem iudicio Codex Vaticanus habuit, *οἱ δὲ τῶν ὑφ' ὧν τῶν πάλαι ἤρχοντο*, (inepti Typographi *ἤρχοντο* excudere cum circumflexo in antepenultima, benignus lector crassos hos & pueriles errores condonare, & abstergere debet inter legendum, nemo enim tam oculatus, quem leuia quædam & Typographica errata non effugiant.) Etymologici auctor & Lexicon vetus

Henrici Stephani lectionem Cod. Vatican. confirmant, hos consule & Suidam v. *Ἀρτεμιόφορος*, & *Ἀρτεμιοφεία*. Henricus Stephanus multa ad hanc vocem In thesauro congescit: adi etiam ad illum.

Pag. 48. l. 12. & 18. Artémisiæ duæ Caria oriundæ & Reginæ, prima vixit *ἡ Ἐ' Περσικῇ*, vt ait Harpocraton, & ex eo Suidas, & filia fuit Damidis de qua loquitur Herodotus. Altera de qua Demosthenes in oratione de Rhodiorum libertate, filia fuit Hecatomni. Hinc intelligenda quæ leguntur verbo *Ἐκτόμης* infra, de eo nos illic plura dicemus vt & verbo *Ἐπίταθμος*. Aduerte autem hanc Artemisiam Mausoli & sororem & coniugem fuisse: vnde coniecere licet in Caria coniunctionem hanc non fuisse illicitam, quam tamen Romanæ leges tantopere sunt exosæ.

Pag. 48. l. vlt. *Ἀρτεμίσιον* cum promontorium Eubœæ significat, *Ἀρταμίτιον*, vel *Ἀρτεμίτιον* vocari potest. Philistus *Ἀρτεμίτιον* dixit. Aristophanes *Lystrata Ἀρταμίτιον*.

Ὅκα ἔτι μὲν ἐπ' Ἀρταμιτίῳ

Περίχρονος δὲ τίκεται.

Pag. 49. l. 4. Præcedentes editiones *Ἀρτίσας* habebant, quam lectionem Suidas ipse retinuit, sed melius nos scripsimus *Ἀρτύσας*, vt optimè apud Demosthenem Olynth. prima.

Pag. 49. l. 4. Pro *ἀναξιουῶ* restituiamus nos *ἀξίουῶ*, vt recte omnes manu exarati habuere & Suidas, *ἀναξιουῶ* contrarium est τῷ *ἀξίουῶ*, hoc dignari, illud dedignari significat. De quibuslibet autem

electio-

electionibus *Ἀρχαιρεσίαι* dici potest, tam principum, quàm magistratum. Hoc loco *Ἀρχαιρεσίαι* est in comitiis seipsum dignari eligere magistratū, quo sensu hoc verbo usus erat Dinarchus in orat. contra Polyeuctum, nam *καὶ Πολυεύκτου* supplendum hic est. Plutarchus de fluminibus in Tanai, dum de principis cuiusdam electione agit, utitur hac voce *Ἀρχαιρεσίαι*. ὅτε, inquit, δ' ἀποθάνῃ βασιλεὺς, *Ἀρχαιρεσίας* ᾧ οἱ ποταμὸν πλοῦσιν, idest comitia cantant, ut veteres loquerentur.

Pag. 50. l. 1. & 2. Ultimam hanc vocis *Ἀρχαίως* significationē attingo, quæ sane notatu dignissima est. Ait Harpocration Demosthenem in Philippicis *Ἀρχαίως* dixisse pro *ἀπλῶς*, & ita loquutum esse, οὕτω ὃ *Ἀρχαίως* εἶχον, μάλλον δὲ πολιτικῶς, sic legendum non *πολιτικῶν*, quem errorem retinuit Typographus ex veteribus editionibus. *Ἀρχαίως*, idest simpliciter *ἀπλῶς*, antiqua fide. Græci *Ἀρχαίους* eos dixere quos Latini antiquos, idest rudes & simplices homines. Cicero lib. 9. epist. ad Attic. epist. cū dedissem ad te literas, *Vide quam sim antiquorum hominum*, idest *Ἀρχαίων*, vno verbo *ἀπλῶν*. Simples enim eosdem etiam vocant Latini, vnde apud eundem Ciceronem, *Simplex homo*, purus, candidus & syncerus est, & simplices anni, idest rudes, quales in pueritia, ut apud Martial. lib. 10. *simplicibus dilectus ab annis*, hoc est à pueritia. Contrarium duplex significat, nam apud Horatium pro fallaci & vafro ponitur, *Et cursus duplicis per mare Vlissai*, id est astuti & fallacis. Aduerte autem quomodo Græ-

corum *ᾤχαῖα*, & Latinorum simplicia opponantur, & tamen eadem ferme significant. Simplicia de pueris proprie, *ᾤχαῖα* de senibus, pueri & senes iidem quoad simplicitatem. Sed *ᾤχαῖοι* non ideo senes, imò simplices adinstar antiquorum illorum, quorum fides tantopere laudatur, ut locum proverbio dederit. Antiqua fides, id est proba & candida, qualis veterum Germanorum, teste Cornelia Tacito.

Pag. 50. l. 3. 4. 5. Cautè, ut opinor, & cum magno iudicio retulit hoc loci auctor noster ex Sophocle in Elegiis, apophtegma hoc esse Solonis, vel potius ex Aristotele & Theophrasto in libris de paræmiis, Biantis. nam apophtegmatis speciem præ se ferunt hæc verba, potius quàm paræmiæ. Quæ autem differentia sit inter apophtegma & paræmiam iam non inquirimus, imò simpliciter monemus à quibusdam veterum paræmiace, ab aliis apophtegmatice hæc accepta fuisse. Acutissime & appositissime Plutarchus *ἐν πολιτικῇ ἀεικλίμασι*, Epaminondam, cum eum Thebani invidia ducti, & contumeliæ faciendæ gratia Tearcham creassent, dixisse refert, *οὐ μῆτις ᾤχη δὴδρα δείκνυσιν, ἀλλὰ καὶ ἀρχὴν ἀνδρῶν*. Verus dictum erat, magistratum hominem demonstrare, quod ita inuersum fuit à præclarissimo & inuictissimo illo Heroe, & hominem Magistratum. Tearcharum enim dignitas ab initio infima & abiecta erat, cum stercore solum ex angiporis eiiciendorum, & aquarum deriuandarum curam haberent, at postquam Epaminondas

hoc munere functus est, & Tearcha fuit, ad maximam euecta est maiestatem. Vnde non solum magistratus hominem, sed & homo magistratum demonstrat, Galli *la charge ne monstre pas seulement quel est l'homme, mais l'homme quelle est la charge*. Ita vetus ille vetus dictum inuertebat, consulendi sunt paræmiographi, ne multa hic cogamur repetere. Sed ne abeamus hinc, quin prius quæ supersunt & explicatione indigent illustrauerimus, ecce Demosthenes in proæmiis publicis, Sophocles in Elegiis, Theophrastus & Aristoteles in libris de prouerbiis laudantur. Quod ad proæmia Demosthenis attinet, supra in antelegio notarum multa scitu digna retulimus: De Sophoclis Elegiis hæc habet, Sophocles hic Aristonis filius est τῷ ἀρετῆρου Σοφοκλέους υἱοῦς, de quo Suidas erudite, ἐγραψὲ καὶ ἐλεγίας in numero plurali, quia alter erat Sophocles Sophili filius Colonensis, Tragicus Atheniensis, qui vnicā tantum Elegiam composuerat, Suidas ἐγραψὲ ἐλεγίῳ τι καὶ παιῶνα, καὶ λόγον καὶ λογάδιον, vnde cum apud auctores, vt apud Erotianum verbo χαίρει, Σοφοκλῆς ἐν Ελεγίᾳ laudatur, de Sophocle Sophili filio qui Elegiam tantum vnā composuerat, hæc intelligenda sunt. Porro Aristotelem & Theophrastum Philosophorum principes prouerbiorū volumina contexuisse certissimū est, vel vno Diogene Laërtio luculentissimo teste, & paræmiographis ferme omnibus. Quod licet auctoritate indigeret, satis aperte tamē pateret, vel ex flagitiosi illius Cephisodoti Isocratis discipuli libris, quos contra

Aristotelem scripserat, in quibus ei obtrectabat, quasi operæpretium non fecisset cum proueria collegerat. Athen. lib. 2. de hoc Cephisodoto. ὅτι-
 ημῶς πᾶς φιλοσόφος ὃ ποιήσῃσι λόγον ἄξιον ὃ παρρησίας
 ἀποδοῖται. Notum Aristotelis de Isocrate dictū, quod
 vulgo referunt inter parœmias, αἰχρὸν σιωπῶν, Ἰσο-
 κρατῇ δ' ἐὰν λέγῃ. Præbuit hoc forte occasionem
 Cephisodoto eius discipulo oblatrandi & obtre-
 ctandi.

Pag. 50. l. 8. Verba hæc ἄλλη παρρησία, manifeste
 innuunt prouerbum quoddam superius allatum
 fuisse: atqui de hoc dicto ὅρμη ἀνδρα δείκνυσιν actum
 est, ergo ex sententia auctoris nostri & parœmia
 sunt hæc, & apophtegma. Quæ tamen non sunt
 eadem, quicquid enim apophtegma est prouer-
 bium non est. Consule parœmiographos Græcos.
 Quidam libri hic λαόν, alij λώιον habent. Suidas λαόν
 retinuit in hac parœmia, quam diligentius explica-
 uimus cum aliis omnibus quas retulit in hoc ope-
 re Harpocration, in cap. 19. lib. 4. lectionum no-
 strarum.

Pag. 50. l. 12. 13. Lysias ἐν πᾶσι κατ' Αὐτομάδην, καὶ
 Πυθέξ ξενίας. Ita concepimus huius orationis epi-
 graphem, (peruerse ante legebatur Αὐτομάδοι καὶ
 Πυέξ.) Eodem modo Dinarchus orationem com-
 posuerat quæ inscribebatur καὶ Πυθέξ ξενίας vt appa-
 ret ex innumeris huius auctoris locis, & Stephani
 mutilat ore, v. Αἴγιαι, sed illic hodie inepte legitur
 καὶ Πυθέξ, restituendum est Πυθέξ, vt alias diligen-
 tius docebimus. vnde etiam hoc loco tentabamus

nos reponere, *Λυσίας ἐν τῇ κατ' Αὐτομόδου, Δίναρχος κατ' Πυθέου, Ξενίας*, nam vere Dinarchus contra Pytheam orationem habuerat, quæ *Ξενίας* inscribebatur. vtrum Lysias etiam contra eundem Pytheam, an contra alium orauerit plane ignoro, nisi hic vnicus locus aliquid super ea re constituendi ansam præbere possit. Cæterum Peloponnesiacum bellum, cuius præcipuam causatricem Aspasiā fuisse docuerant Duris Samius & Theophrastus quarto politicorum, vt testatus est Harpocration voce *Ἀσπασία*, in duas diuiditur apud auctores partes, prima quæ constat decem annis *Ἀρχιδάμιος πόλεμος* vocatur, (male in textu impuri Typographi *Ἀρχιδάμιος* excudere) *ὑπὸ τῷ ἐμβαλεῖν τοῖς Ἀρχίδαμοις εἰς τὴν Ἀθηνῶν*, ex auctoritate Thueyd. Ephori & Anaximenes. vltima pars dicta est *Δεκελειὸς πόλεμος*. vide quæ ad hanc vocem infra dicemus.

Pag. 50. l. 10. 20. *Σημεῖα* non tantum indicia & argumenta sunt, (quomodo apud Antipontem *ἐν τῇ τέχνῃ*, quo loci ea sic separauerat & distinxerat à *τεκμηρίοις*. *ὅτι παρεξηγήθησαν σημεῖοις πιστεύεσθαι, ὅτι ὁ μὲν ὄντα τεκμηρίοις*,) sed & signacula & sigilli, vnde locus vbi moneta cuditur, quem proprie *ἔργον ἐκπιπῶν* vocant, *σημαστίον* dictus fuit à quibusdam, vt nos supra docuit auctor noster. Itali eundem locum aptissime vocant *la Zeca*. Sed de his plura forte addemus infra voce *σημεῖα*. In fine, epigraphæ orationis quam contra Antium confecerat Hyperides, restituta est hoc modo, *κατ' Ἀντίου*, male coniunctim & vno verbo ante excusum erat *κατὰ τὸν πῶν*. Sæpius

hæc eadem oratio apud hunc auctorem laudatur.

Pag. 50. l. 23. & pag. 51. l. 10. 11. Illustris est hic locus, vel ex eo solo, quod magnum Casaubonum literarum facile principem diu habuerit exercitum. Ille in addendis ad cap. 9. lib. 13. animaduers. in Athen. pag. 648. æstuat multum & laborat in explicandis his verbis auctoris nostri: *Ἀσπασία, Διοσίας ἐστὶ πατρὸς Αἰσχίνου ὃν Σωκράτης Ἀφελέρμους ἔπι-γραφομένη Ἀσπασία*, & quia nunquam potuit odorari nec venari interpunctionem quæ hic desiderabatur, non assecutus est, nec collimauit ad veram sensus *διτοχίαν*, imò τὸ κῶλον ἔλεξε, & circa orbem tantum moratus est. Duplici igitur vsus est coniectura vir ille præstantissimus, vt hunc locum interpretaretur, primo pro *Ἀφελέρμους* restituere tentauit *Ἀφελέρμους*, & hæc ita vertenda censuit, *Lysias in dialogo inscripto Ἀσπασία quem fecit contra Aeschinem Socraticum*. Secundo quia dialogi, qui Aspasia inscribebatur legitimus parens Aeschines Socraticus erat, ex Diogen. Laërtio, & aliis: Aliquid in his deesse pronunciauit, & forte hunc sensum elici posse ex verbis Harpocratonis coniecit. *Lysias in oratione contra Aeschinem Socraticum, differens de dialogo Aeschini inscripto Ἀσπασία*. Ita nos eruditissimi viri verba ambigua, & mentem vacillantem collegimus. Tu vero audi quid nos dicturi simus, & post talem Herodoti pronuntiaturi in his tenebris. Sola interpunctio omnes dissipat tenebras quæ hanc lucem inuaserant, nos post vocem *Σωκράτης*, punctum restituumus, & hæc omnia ita enodanda & explicanda

censuimus. *Aspasia*. *Lysias in oratione contra Æschinem Socraticum*, *Æschines Socraticus in dialogo inscripto Aspasia*. Supple meminerunt huius *Aspasia*, nam ob id conuocat in testes hos duos auctores Harpocration, nimirum ut ostendat, eos de hac *Aspasia* loquutos esse in operibus quæ laudat. Ceterum vocem *Ἀσπασία* accipiendam esse de Æschine Socratico quis non videt? Infrequens certe & inusitatus est hic scribendi stylus, sed elegans tamen & præcisus & Laconicus: *Ἀσπασίας ὁπτιζαφομόφης* *Ἀσπασία*, idest auctor dialogorum, Æschines Socraticus scilicet, qui dialogos composuerat, in eo qui inscribebatur *Aspasia*. Hæc mēs, hic sensus, hæc vera interpretatio intricati illius & difficilis loci, in quo tantopere sudauerat excelsa illa & diuina mens Casauboni. Quò etiam nos manu ducunt quæ sequuntur *μημωμένοι δ' αὐτῆς πολλοί, καὶ οἱ ἄλλοι Σωκρατικοί*. Ex quibus optime colligitur Socraticum quemdam in præcedentibus fuisse laudatum. Quis autem Socraticus ille nisi Æschines dialogorum auctor, de quo Diogen. Laertius multa retulit in Æschine? Philostratus in epistola quam ad Iuliam Augustam scribit de eodem ita loquitur. λέγειται ὅτι Ἀσπασία ἡ Μιλησία πρὸς τῷ Περικλέους γλώττῳ καὶ τῷ Γοργίῳ ᾤξασθαι. & paulò post: καὶ Αἰσχίνης δὲ ὁ ἀπὸ τῷ Σωκράτει, ὅσῳ οὐ παρὲν ἐπαυδαζέας ὡς οἱ ἄφαιδές τινες Ἀσπασίας καλεῖσθαι. Præter dialogos autem qui à Suida citantur, & Diogen. Laertio & Photio, qui septem numero sunt, & inter quos *Aspasia* non vltimum locum obtinet: Orationem cum de Thar-

gelia composuisse testatur idem Philostratus quem eodem loco vide, vt & infra voce *Επίσκοπος* quæ de Politicis Theophrasti diligenter pertractabimus.

Pag. 51. l. 19. Adiectiua hæc *ἀπαθητότατοι*, & quod sequitur paulò post *ἀσυνήτητατοι*, voces sunt grandiloquentiæ, & pertinent ad sublime dicendi genus, vide Longinum *ὡς ὕψους*.

Pag. 51. l. 22. & pag. 53. l. 3. Agri olim & possessiones omnes, vt & domicilia si ære alieno obstricta essent, *ᾀροι* signari solebant à creditoribus. Qui *ᾀροι* vt plurimum *λίθοι* erant, aut *σηλὴ* quædam indicans locum, in quo sita erat signatum & creditori subiectum esse, teste Polluce lib. 3. cap. 9. aut vt nos docet Harpocration hac voce, & infra in *ᾀροι*, literæ simpliciter erant illi *ᾀροι*, vel scripturæ quæ indicabant loca quibus adhærebant obligata esse, & à creditoribus signata. vnde *ἐστὶ θὰς ὁ χωρίον* dicebant, cum locus signatus erat, vel *ἀπὸ τοῦ τοῦ χωρίου*. Nos Galli hodie dicimus *brandonner*, nam *ᾀροι* illi proprie vocantur *des brandons*, & *ἀπὸ τοῦ τοῦ χωρίου*, *vn lieu brandonné*, cum decretum interpositum est ob creditorum pecunias. At cum liberum erat *ἀσκήθαι χωρίον* dicebatur, ita nos hoc loci excudendum curauimus, male erat in præcedentibus editionibus *ἀσκήθαι*. Ita apud Suidam ex hoc loco integra hæc vox restituenda est, hodie truncate & lacerare legitur *ἀς*. quæ lacuna non effugit oculos Ioannis Meursij, quo viro studiosiorē nullum aut in iuanda Republica literaria laboriosiore Batauia habet,

habet adi ad cap. 21. lib. 3. Miscellan. exercit. Et vide quæ dicemus ad vocem ὄρι. Porro quæ hic laudatur oratio Lysiae contra Æschinem Socraticū, supra etiā voce Απασία laudata est. Eius epigraphæ plenior est apud Athenæum lib. 13. quo loco ita infit ἄλλ' ὅγε Λυσίας ἐν τῇ ἐπιγραφῇ φησὶν λόγῳ οὕτως πρὸς Αἰσχίνην δι' Σωκράτην, ῥηέεις. Ultima hæc vox deest omnibus in locis, in quibus apud hunc nostrum auctorem de ea mentio, quæ tamen præmittenda non erat.

Pag. 52. l. 9. Atheniensium Ἀγονόμοι, Thebanorum Telearchæ, Romanorum Ἀγονόμοι, siue patres Ciuitatum, aut curatores Reipublicæ, non valde differunt inter se, sicut nec Atheniensium Ἀγορονόμοι, & Ædiles Romanorum. At Ἀγορονόμοι ab Ἀγονόμοις, dispares omnino sunt & dissimiles, non quoad numerum, saltem apud Athenienses, apud eos enim teste Aristotele quinque Agoranomi pro Piræo, & pro vrbe quinque eligi ac constitui solebāt, quem numerum etiam explebant Ἀγονόμοι, quinque enim Piræo, quinque vero vrbi præficiebantur. sed quoad munia & officia. Ad Agoranómos proprie cura rerum venalium pertinebat, Harpocraton voce Ἀγορονόμοι, supra οἱ καὶ πλεὶς ἀγορὰν ὡς διοικούντες ἀρχόντες. Theophrastus in lib. de legibus, infra verbis καὶ πλεὶς ἀγορὰν ἀψευδῶς. δύο δὲ τοῦτων ἐπιμελεῖσθαι δι' τοὺς Ἀγορονόμους, τῆς τε ἐν τῇ ἀγορᾷ βιαιοσύνης, καὶ τῇ ἀψευδῶς μὴ μόνον τοὺς πωροφύλακας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὠκευμένους. Lex enim erat inter Atticas quæ vetabat in foro mentiri, & πρὸς ὧν maxime lata erat, vnde Ἀγορο-

νόμοι rigidissimi & relligiosissimi eius obseruatores. Ατυνόμοι curam habebant *οὗτοι περὶ τῆς ἀντιτελείδων καὶ ψαλπειῶν, καὶ τῆς καταστάσεως, καὶ τῆς ὁδοῦ.* Sed & præterea Ατυνόμος ille est, ὁ ὅτι τῷ *ἑῷ*), vt ait Vlp. ad orat. Demosthenis contra Timocrat. *καθαρὰ πλεὺ πόλιν ἀρχαίου, ὁ περὶ ἡμῶν πατήρ*, quæ vltima verba valde notanda sunt, multis enim in locis iuris Ατυνόμοι patres simpliciter, vel patres ciuitatum vocantur: Vt à Iuliano Antecessore, nouel. 21. §. 2. 79. §. 3. 124. §. 16. Leone Imperatore l. 3. Cod. lib. 10. de his qui sponte mun. pub. suscep. Iustiniano in constit. Græca quæ desideratur in tit. Cod. de Iudæis & Manichæis, in l. hac valitura Cod. cod. in qua pro nec patriæ honorem arripere, patris honorem acutè restituit magnus Cuiacius ex Basilicis: adi ad cap. 3. lib. 12. obseruat. vocantur etiam, vt illud obiter moneam, Astynomi aliquando curatores ciuitatis, sic enim Græci ad l. 46. Curatores D. de Dano infecto, & l. vnic. Cod. de liberat. & solut. de bit. ciuit. curatorem Reipublicæ patrem ciuitatis interpretantur, vno verbo Ατυνόμων. Ita in l. vltima D. de officio Adfessorum, & toto titulo de administratione rerum ad ciuit. pertinent. D. Curator Reipublicæ pater ciuitatis est, vel Ατυνόμος qui logista dicitur ab Imperatore Gordiano in l. 3. Cod. de modo mulctarum quæ à Iud. inflig. *Curator*, inquit, *Reipublicæ qui Græco vocabulo Legista nuncupatur.* quod maxime ponatur supra rationes operum publicorum. Quomodo Atheniensium *Λογισται*, de quibus agemus infra hac voce. Hinc tit. Cod. de ratiociniis

operum publicorum, & de patribus ciuitatum, id est de Curatoribus rerumpubl. & Ἀστυνομῶν. Astynomi igitur qui aliquando Curatores Reipubl. aliquando patres ciuitatum dicebantur, non tantum ἀλλητεῖδων, aut ψαλλτεῶν curam habebant, sed & purgandam ciuitatem ab immunditiis omnibus, morticinis, & exuiis cæforum animalium, quæ omnia vox κοινολόγων importat, curabant, imò curæ eis dabantur ædificia apud Romanos, & viæ reficiendæ, ne quid in eis proiiceretur, vel quis ædificaret, teste Papiniano in lib. singulari Ἀστυνομικῶν. Quæuis autem mulctæ dictionem & adfessores haberent l. vlt. D. de adfessoribus, & l. vnica. D. de via publ. & se quid in ea fact. esse dic. tamen minores magistratus erant, & si verum sit, in l. 3. Cod. de modo mulctarum quæ à Iud. inflig. Curatorē Reipublicæ Ἀστυνόμῳ esse, vt mihi persuasit magnus interpres, non video quomodo non possit ius mulctandi habere, nam nominatim à Papiniano in dicta l. vnica constituitur Astynomos, domorum dominos, si quæ facere eos decet ad viarum publicarum conseruationem non peregerint, mulctare debere. Ζημιώτωσθαι, inquit, αὐτοῖς. videant iuris studiosi quid ad hæc responsuri sint, nam alio nos vocamur impræsentiarum, nec diligentius hæc examinare licet: Alia sunt quæ nobis etiam non leues scrupulos mouerunt. Dictum est à nobis Ἀστυνομῶν curam viarum reficiendarum habuisse, ne quid in eis inædificaretur, aut immunditiæ præiicerentur quæ eas obstruerent. vtrum Athenis minores illi magistratus,

μήσαδται τί ποτε δέχνοσθαι ἢ τί παρθέξω. vel ἀπωθήτω-
 ται dicit Demosthenes (ait Harpocratio) pro ἀ-
 πιστάτῳ quod est incredulum, & ἀβεβαιοτάτῳ quod
 inconstans, & πίστευς οὐ πηδύμενον quod fidem non ad-
 hibens, ὡς δ' ἀβεβαιοι, ἢ ἀνομήλοισι καὶ ἀσύμφοροι. Eos
 enim qui pacisci simul volunt, συμφωνοῦντες & βεβαίοις
 decet esse, vnde is cum quo nemo potest pacisci ἀ-
 σωθήτης dicitur, quod non stet σωθήτης, quas cum
 aliquo fecit, vel ἀνομήλοισι, quod ὁμολογίαι sint σω-
 θήται, ὁμολογίαι γὰρ αἱ σωθήται, ait Harpocratio opti-
 ma sane ratione, nam confessiones vere sunt con-
 uentiones & pacta quæ sunt βεβαίοτατα, quod ex eis
 qui conueniri possit, vnde pro cautionibus in iure
 accipiuntur, vt in l. 20. D. de donationibus, & l.
 cum de indebito D. de probat. & præsumptioni-
 bus, quæ duæ leges ad Tribonianum pertinent, li-
 cet vna paulo, altera Marcello Iurisconsultis tri-
 buatur. *Sed magis est vt non possit suæ confessioni obuiare,*
 ait lex si patronus, 2. D. de donat. more Græcorum
 qui ὁμολογίαν dicunt, ita in l. cum de indebito. *Tunc*
enim (ait Paulus ex Triboniano) *stare cum oportet suæ*
confessionis, idest cautioni ὁμολογία. Confessio enim
 pro cautione habetur in iure, & est tanquam con-
 uentio vel pactum aut iudicatum, iuxta regulam
confessum pro iudicato habetur, quæ non de quolibet
 confesso, sed de confesso in iure, aut in iudicio in-
 telligenda est. Equidem omnis confessio pactum
 quoddam, siue conuentio est & cautio, non autem
 iudicatum, nisi in iure fiat, aut in iudicio: nec ali-
 ter interpretari debes legem illam 12. tabul. *Aeris*

confessi, &c. quàm de confesso in iure, de quo loqui voluerel. post rem. D. de rei iudicata, l. 1. §. proinde. D. si quid in fraud. patr. l. 4. §. penult. D. ad l. Iuliã maiestatis, l. 4. Cod. de repud. vel abstinenda hæredit. & Paulus lib. 2. sentent. tit. 5. Ineptissime illi qui hanc regulam de quolibet confesso intelligunt, nam restringenda hæc sunt ad confessum in iure, vel in iudicio, maxime in criminibus, non enim reus simul ac delictum confessus est, pro iudicato habetur, ut vulgo credunt, sed si confessus in iudicio sit, ut in l. 4. D. ad l. Iul. maiestatis: aliter non habetur semper pro iudicato, ut colligitur ex l. 5. de custod. & exhibit reorum. D. & ex l. 1. §. si quis ultro. D. de quæstionibus. ὁμολογία igitur καὶ δικαστική esse debet, (ut loquitur Clemens Alexandrinus) si velimus eam pro re iudicata haberi, nec pro iudicato ille habebitur qui absente aduersario confessus erit, argumento l. 6. §. si quis absente. D. de confessis, quia certa debet esse confessio ut possit haberi pro re iudicata, sicut & iusiurandū, & res iudicata, quæ optime comparantur in l. post rem de re iudicata. D. Atque hæc dicenda mihi videbantur ad illustrationem horum verborum ὁμολογίας γὰρ αἱ συνήκεις, ad quid enim notas scribimus, nisi ad enarranda ea quæ explicatione indigent. Me autem in omnibus controuersis & difficilibus locis, idem præstiturum vix audeam polliceri: hoc tantum ausim paucos ex illis relicturum me, qui ad ius Romanorum spectabunt, ad id enim quasi ἐκὼν ἀέκωντι θυμῷ, impelli & inuitari videor, in gratiam Magnatū quibus opus

istud meum dixi, nefas quippe & indecorum cum huiusmodi Heroibus de Grammaticis & Criticis perpetuo agere.

Pag. 53. l. 6. Vide Ammonium voce ἀπὸ χῶς. Recte Philoponus, siue ut vulgo persuasum habent, Cyrillus, ἀπὸ χῶς interpretatur omnino, ἀπὸ χῶς vero sine arte.

Pag. 53. l. 18. & pag. 54. l. 1. 4. Quid sibi voluerit lex orandi Demosthenes cum in Philippicis Arthimium, de quo supra à nobis actum est, ἀπὸ μὲν vocavit, eruditissime hic explicavit auctor noster, eius verba à nobis diligentius expenduntur infra verbo ἐπιτελεσθῆναι. Aduerte interim Demosthenis verba quæ hic ex Philippicis afferuntur, integriora illic legi, nam ab his τὸ δ' ἐστὶν, usque ad illa τὸ δὲ λέγει, quædam desunt quæ facile restitui possunt ex eius libris. Ne quid ultra igitur, sed sufficiat digitum ad fontem intendisse. Porro Φωνικὸὶ νόμοι qui hic laudantur, leges Draconis sunt, Φωνικὴ enim νόμους promulgauerat. Dracon ille seuerus legislator, in quibus de cædibus agebatur. Ita Φωνικὴ νόμους Antiphon teste Hermogene composuerat, quorum adhuc quidam supersunt. Male omnino apud Ammonium Grammaticum voce ἀνθύμνημα, huc usque lectum fuit, ὃ γὰρ Ἀντιφῶν ἐν τοῖς Φωνικαῖς φησὶ. Restituendum est ex coniectura nostra Φωνικοῖς, & hæc ita interpretanda. Antiphon in orationibus in quibus de cædibus agebatur. Huiusmodi enim erant Φωνικὴ νόμοι Antiphonitis, ut Φωνικοὶ νόμοι Draconis, quorum reliquias integras in vnum collectas, ut è nau;

fragio tabulam superstitem dabit breui *σύνταγμα* nostra legum Atticarum. Nec ferendi illi sunt, qui in hoc Ammonij loco verba ex Antiphontis *Φοινικῆς* allata, quibusdam numeris constare crediderunt, & ea in hunc modum, & in hanc versus normam cōceperunt, *παιδὲς ἔπεσ υἱὸν ἐνθύμιος Ἀθήσται*, soluta hæc oratio est, & nullis pedibus adstricta. Ansam forte peccandi præbuit, quod Antiphontem Tragicum hic laudari sibi persuaderent, sed nec pedibus constat suis Iambus ille quem in medium obtulerunt, nec drama vllum vnquam composuit Antiphon quod inscriptum sit *Φοινικῆς*. Dicendum potius fuisse *Φοίνικας* & *Φοίνεας*. quæ omnia probabilia tantum sunt. At vera hæc, *Φοινικῆς* illum *ῥήτορας* composuisse.

Pag. 54. l. 8. Ex innumeris locis, quos in hoc opere manus impuræ librariorum corruperunt, nullus est cum quo peius actum esse putem; quam cum eo quem iam præ manibus habemus, adeo enim crudeliter hic lancinata fuerant verba Harpocratonis, ut neque cælum neque terram tangeret. Nos tamen felici (nisi suffeni nobis simus & *φίλαυτοι*) coniectura omnia restituiamus. Obmutuerunt omnes manu exarati, & Harpocrates pro Harpocrate fuere, ita ut soli coniecturæ locus relictus sit, attende sis, num fauentibus Musis, & dextro Apolline lacera hæc & manca sanata sint. Vult Harpocraton nos docere quid significet vox hæc *ἅπαντα*, & apud Rhetores, & apud Comicos, primumque ait Antiphontem ea usum esse pro *ἕσπερ*, vel *ἅπαντα* in oratione

oratione quæ ita inscribatur *πρὸς Λίνδιων φόρου*,
 (male erat excusum *φόν* in aliis editionibus) de
 Lindiorum tributo & vectigali, quod Atheniensibus
 pendebant, agebat illa oratio, vnde *πρὸς Λίν-
 διων φόρου* legendum, vt *πρὸς τῆς Σαμοθρακίης φόρου*,
 supra voce *ἀπὸ ταξίς*. Samothracas enim Lindios, &
 alios populos vna Atheniensibus tributa & vecti-
 galia soluisse certissimum est. Et si quis eorum pri-
 uatim & peculiariter solueret, & descisceret ab
 aliis qui erant *συνταγμαῖοι* ad soluendum *ὁρισμέ-
 νον φόρου*, tunc censebatur *ἀπὸ ταξίς* fieri, vt erudite
 nos monuit Harpocraton voce *ἀπὸ ταξίς*. Sed redea-
 mus ad pensum. Dicebamus Harpocratonem velle
 demonstrare quid *ἄτῃα* significet, quod peragit
 varias eius significationes afferendo. De prima iam
 egimus, veniamus ad secundam. Ait ergo Demo-
 sthenem in Philippicis *ἄτῃα* dixisse pro *τιπὶ*, aut
ποῖα *ἔλα*. Deinde pergit docere non has tantum si-
 gnificationes idem *ἄτῃα* recipere posse, imò aliquā-
 do apud Demosthenem abundare & superfluum
 esse: aliquando vero pro *ὅσα* poni, vt in oratione de
 falsa legatione, teste Suida, ex quo desumpta sunt
 quæ ab his verbis *ὅς τ' ἄτῃα* vsque ad illa *πλεὺς λέξω* le-
 guntur. Tandem apud Comicos concludit accipi
 diuersimode hoc *ἄτῃα*. Apud Pherecratem enim in
 fabula, cuius epigraphe *Χείρων* vsurpatur, *ἐπ' ἀρσ-
 μῶς*, vt apparet ex his verbis, partim à magno Ety-
 mologo, partim à Suida petitis. *ὅς δ' ἔλα ταλαίρις ἀλ-
 λα τὸ ὅς δ' ἔλα πινύκοντα*. Apud Aristophanem vero
ἐπὶ χείρων, nam *χείρων* lacerum & portentosum.

quod superest in excusis & manu exaratis, aperte indicat hic legendum ἐπὶ χροῖς. Quam lectionem confirmant etiam Comici verba quæ sequuntur.

Πυθου χελιδὼν πικρὴ ἀΐη φαίνεται.

Nihil certius in re tam incerta proferri posse existimo. Addēt alij forte qui melioribus Codicibus potentiur longe meliora. Nos hæc voluimus interim dicta ad obscurissimi & desperatissimi huius loci explicationem.

Pag. 54. l. 18. 21. Melius dicitur Αΐης quam Ατυς, vel Αΐης, vt habent vulgo Demosthenis libri, quāuis vtrumque auctoritate non careat. vetus inscriptio,

*Qui colitis Cybelem & qui Phryga plangitis Attin
Dum vacat, & placida Dindyma nocte silent.*

Altera,

Μητίει τῇ πρῶτῳ Ρεῖη πικρὴν τε χυθῆλα.

Αΐη θ' ὑψίστη, καὶ στωίεντι δὲ πρῶ.

In prima optime Phryga est, quia vt obseruauit Harpocratio à Phrygibus maxime colitur Attis, ὡς παλαιὸς τῆς μητρὸς τῆς θεῶν. vulgaris est apud auctores eius historia, sed non vulgare illud, vnde sint dicti Galli eius Sacerdotes & Ministri. Diuus Hieronymus in cap. 4. Osee. *Hi sunt quos hodie Romani non Deorum, sed Demoniorum seruientes Gallos vocant, eo quod de hac gente Romani truncatos libidine in bonorem Atys, quem Eunuchum Dea meretrix fecerat, sacerdotes illius manciparent: propterea autem Gallorum generis homines effeminantur, vt qui urbem Romanam ceperant hac feriantur ignominia.* Quæ mihi valde suspecta

sunt, Gallos enim à Gallo flumine Phrygiæ,
vel à Gallo qui flumini nomen dederat, & ad-
instar Attis sibi pudenda truncauerat, dictos esse
Ouid. & Stephani mutilator voce Γάλλος monue-
runt. καὶ ὅτι, inquit, ὅτι Γάλλον καὶ ὅτι Ἀθηνάποικον
καὶ αἰδοῖα, καὶ τὸν μὲν Γάλλον ἐλπίν ἐπὶ τὸν Τυεῖον ποτα-
μὸν, καὶ οἰκῆσαι, καὶ ὅτι ποταμὸν Γάλλον καλέσαι, ἀπὸ ἐκείνου
γὰρ θεὸς τεμερομήνοιο καὶ αἰδοῖα, Γάλλοις καλούσι. Vnde
postea Grammatici Gallos esse dixere ἀποκόποις, &
ἀνέχοις. Hesych. Γάλλος, ὁ ἀπόκοπος ἢ τοι ὁ ἀνέχος. l. 21.
non διδύλωκεν ὁ Ἀθῆναιος, vt ante scriptum erat, sed δι-
δύλωκε Νεαίθης restituimus, quia Neanthes verum
scriptoris nomen, quod non ignorauit præstantissi-
mus literatorum Casaubontus, qui diuinitus ad illa
Athenæi lib. 9. καὶ ἀπὸ ἀπλήσια ἰσορῆ καὶ Νεαίθης ὁ Κυζι-
κλιωὸς ἐν δαυτέρῳ τοῦ τελετῆς, monuit hoc loci legē-
dum Νεαίθης pro ὁ Ἀθῆναιος, in addendis ad cap. 4. lib.
9. animaduersi. pag. 409. Neanthes hic ille est qui
in explicandis veterum superstitionum ritibus im-
moratus est, & à Clemente Alexandrino, & aliis lau-
datur, quod indicant hæc verba auctoris nostri μυ-
στικὸς ὁ λόγος. Vtrum autem idem Neanthes opus
τοῦ ἐν ἀνδράσι ἀνδράσι de viris illustribus, quod ab Ste-
phani mutilatore laudatur voce Κερατὸς composue-
rit, adhuc quæro. Vide quæ de Anthe scribit idem
auctor voce Ἀλικαρνασσὸς, & attentius hæc omnia
expende

Pag. 54. l. vlt. & pag. 55. l. 6. Ita locum hunc qui
misere lacer & corruptus erat in prioribus editioni-
bus ex manuscripto Cod. Fed. Morelli restituimus.

Deerant hæ duæ voces αἶ & ἐπιλιτῶσαι, sine quibus manca omnino erat oratio. Itaque optime excusum est *συνθήκης αἶ οὐ τοῖς Ἀθηναῖς γράμμασιν, ἐπιλιτῶσαι, ἀλλὰ τοῖς τῷ Ἰώνων*. Ante nos iampridem eundem hunc locum correxerat ex alio Codice, Hercules Musarum Iosephus Scaliger, in digressione de literarum Ionicarum origine ad locū Euseb. numeri M. D C. X V I I. Sed quæ ibidem ad eius enarrationis afferuntur ab eodem præstantissimo viro, à nobis diligenter expensa sunt, in cap. 5. lib. 3. lectionum nostrarum, in quo an Atticæ literæ ab Ionicis differant euidentissime demonstratum est. Sufficiat in præsens monere Ἀθηναῖς γράμμασιν adeo antiqua esse, vt cum apud auctores aliquid Atticis literis scriptum legitur, hoc interpretari debeamus antiquis & vetustis literis, vt in illo loco Demosthenis quem hic indicat Harpocratio. Eodem etiam modo, cum simpliciter vetustis literis ἐπιγραφῶν quandam scriptam fuisse monent auctores, nō alias quam Atticas priscas illas literas existimare debemus, vt infra voce Ἑρμῆς, cum monet Harpocratio in vno Mercuriorum qui è Pœcile & Regia porticu erant, inscriptum fuisse hoc parœmiacum priscis literis.

Ἀπὸ τῶν ἐργασίῃς Ἀγαμέμνονα δῆτορ Ἀχαιοί.

Priscas illas literas Atticas esse credendum est. Hæc enim ferme conuertuntur Ἀθηναῖς γράμμασιν, & παλαιὰ γράμμασιν. Hesychius crudite vt Tolet. Ἀθηναῖς γράμμασιν. τῶν ἀρχαίων ἐπιχρῶσιν. Cur ἐπιχρῶσιν diuinare nunquam potui, nam Græcorum literæ è Phœnicia

oriundæ sunt, ideóque in Græcia hospites, vt melli-
tissime loquitur Philostratus in epist. *Ξένα καὶ τὰ γράμ-
ματα ἐκ Φοινίκης γὰρ ἦλθον*. Rursus lib. 2. de vitis So-
phist. in Adria. *ἤρξατο γὰρ ὧδε πάλιν ἐκ Φοινίκης γράμ-
ματα*. Pausanias 2. *Ηλιακῶν* scribit etiam se vidisse
Κέρας Αμυθλίας priscis Atticis literis scriptum, vn-
de apparet antiquissimas esse Atticorum literas. Sca-
liger ὁ πρῶτος, eas vult non esse dissimiles ab Ionicis
contra auctoritatem Harpocratonis, quas ex He-
rodoto Phœnicibus esse similes probat, alphabeto
Ionicarum literarum, & Phœnicum in mediū pro-
lato. verum hæc omnia sunt altioris & secretioris
indaginis. Non possum autem quin quæ apud Sui-
dam legi voce *Σαμίω δῆμος*, huc producam. Faciunt
enim ad rem, & interpunctionibus indigent, ἢ ὅτι,
inquit, *ὅτι τῶν Σαμίω διέρεται τῶν τοις τὰ καὶ γράμ-
ματα ὑπὸ Καλλιστράτου, ὡς Ἀνδρῶν ἐν τείπεδι. ὅτι ὁ Α-
θηνάιος ἐπεισε χρῆσθαι τῶν Ἰώνων γράμμασι Ἀρχίον. δὲ
Αθηνάιος ὅτι ἀρχοντος Εὐκλείδου. ὅτι ὁ Βαβυλωνίους ἐδί-
δαξε Ἀλφὶ Καλλιστράτου Αλεξοφάνης, ἐπεισε τῶν Εὐ-
κλείδου, καὶ ὅτι Εὐκλείδου. ὅτι τῶν πείσαντος ἰσορῆ Θεό-
πομπου*. Hæc nos ita interpunctionibus distinximus,
antea confusa omnia erāt, & vereor adhuc ne quæ-
dam verba desiderentur.

Pag. 56. l. 3. Aristogiton hic cuius oratio contra
Timarchum laudatur, Cydimachi aut Lyfimachi
filius est, Rhetor Atheniensis, libertina matre na-
tus, canis ob αἰαίδαλον cognominatus, qui ab Athe-
nienſibus occisus est, hæcque orationes composuit,
apologiam aduersus Demosthenem exercitus du-

cem, aduersus Lycurgum, contra Timotheum, cō-
 Timarchum, contra Hyperidem, contra Thrasyl-
 lum, ὀρφανὸν λόγον, siue de orphano. Suidas auctor.
 Laudatur adhuc hic Aristogiton voce Θερασίδρος
 infra. De Triumviris enim pæderastiæ Cedonide,
 Therсандρο, & Autoclide, qui σφοδροὶ παιδερασταὶ
 διεσέγγον, (sic legendum, non παιδεράσαι διεσέγγοντο,
 vt male excusum est etiam in hac nostra editione)
 egerat ille in oratione contra Timarchum, quam
 aliquando in hoc opere laudat Harpocratiō. σφο-
 δροὶ παιδερασταὶ, pædicones sunt ἄγριοι, immanes,
abrutis à l'amour des enfans. Ita enim Galli eos vocant
 qui cum nimio studio ad aliquid feruntur: vt ἄγριος
 κυβάρτης apud Menandrum, *vn homme abruti apres le*
ieu de dets. Consule voces Θερασίδρος & Κυβάρτης.

Pag. 56. l. 17. 18. Quæ ab aliis diligenter pertra-
 ctata sunt, non est nostrum repetere. Multa viri do-
 cti πρὸ ἀβελήκωθεν iamdiu obseruarunt, vixque vl-
 lus est ex insigniter literatis, qui hunc locum aucto-
 ris nostri non attigerit. Omnes in explicando ety-
 mo vocis immorati sunt, & in confarcinandis au-
 ctorum locis tempus triuerunt. Nullus adhuc ten-
 tauit quod sciam verba auctoris nostri corruptissi-
 ma restituere, & insigni huic ac difficili loco lucem
 dare. Et tamen quis adeo inuisus Musis qui non vi-
 deat, hæc in luto huc vsque hæsisse? ὅτι ὁ εἶχον ἐν ταῖς
 ἀγκύραις ἀργυρίου εἶοτε δὲ φίλων δὲ ἀποβάτων. Mem-
 branæ δὲ φίλων δὲ ἀποβάτων habuere, quæ nobis au-
 rem vulserunt, & ad purganda alia inuitarunt. Ita-
 que reposuimus εἶοτε Δίφιλος τῶν ἀποβάτων, vt recte

coalesceret quæ sequuntur *Μένανδρος Τετραώνιος*. Nā, ut opinor, hoc voluit Harpocraton. Antiquos argentum in lecythis habuisse, alicubi docuit Diphilus in fabula quæ vocabatur *Αποβάτης*: & loro, cum lecythosillas soluebant, pro flagello vsos esse, Menander in altero dramate quod inscriptum erat *Τετραώνιος*. An verum autem sit Diphilum *Αποβάτης* composuisse, nullum est in antiquorum scriptis monumentum, quo id liquidò doceri queat. Sed si coniecturæ standum sit, audi quid in mediis tenebris simus pronunciaturi. Diphilus Comicus drama docuit, cuius hæc fuit epigraphæ *Ξυωεύς*. Auctor noster infra voce *Φιμάλ* testis, ut & Athen. & alij. Quid igitur prohibet cum *Αποβάτης* composuisse, si *Ξυωεύς* docuerit, adinstar Alexis Comici, qui teste Athenæo *Αποβάτης* scripserat. *Αποβάτης* & *Ξυωεύς* ad desultoriam artem pertinent. vide. supra vocem *Αποβάτης*. Atque hæc ita sine libris, sine auctoritatibus, restituenda censuimus. Si aberrauimus, nihil mirum, nam & homines sumus, & à nobis nihil humani alienum putamus. Quod si cōtigerit quædam nos hic in subsidium rei literariæ attulisse, & monstrum hoc quod auctorem nostrum inuaserat, domuisse, quis non exclamaturus est *ἦ πᾶν τὸ δ' ὅτι μέγας*, quò, lætitia & gaudio maiori ad ea quæ supersunt, superanda & profliganda progredi possimus? Ceterum quæ de his vocibus *ἀλκυονίδες*, & *ἰσχυάλλοι*, ab Harpocratone hic & infra afferuntur, à nobis diligentius examinata sunt in cap. 22. lib. 4. lectionum nostrarum, ubi de variis

harum vocum significationibus multa non pœnitendæ lectionis adducuntur. Si vero insignis cuiusdam ἀβελήκου, & nebulonis exemplum desideres, adi ad Spartianum in Adriano, quo loco de veterano illo verba facit, qui donatus fuit seruis & sumptibus ab Imperatore, quod se marmoribus distringendum daret, quia seruum non habeat. vere enim ἀβελήκος ille.

Pag. 56. l. 21. Inter Lycurgi orationes legitimas quæ à Suida recensentur, non vltimum locum obtinet, ὁ κατ' Αὐτολύχου qui hic laudatur. Quisquis ille sit qui hypothese[m] orationis contra Leocraté quæ nobis superest confecit, huius orationis etiam meminit: cum dixit εἰκοι εἶ ἡ τῷ λόγῳ ὑπόθεσις, τῇ κατ' Αὐτολύχου. An vero Eupolidis Comici drama quod inscribebatur Αὐτόλυκος contra hunc Autolycum conceptum fuerit plane ignoro, nam Euripidem etiam Αὐτόλυκον Σατυρικὸν docuisse legi apud Pollucem lib. 10. cap. 23. & 46. Laudatur hic etiam oratio contra Leocratem, (nam κατ' Αεοκράτους legendum incaute impurus Typographus Δεωκράτους excudit,) & in ea de hoc Autolyco mentionem fieri dicitur. Quod verum est, ἀλλὰ μὲν, inquit illic Lycurgus, Αὐτολύχου μὲν ὅμοις κατεψήφισατε, μείνατος μὲν αὐτῷ ἐν τοῖς κινδύοις, ἔχοντος δ' αἰτίαν τοῖς υἱοῖς, καὶ πλὴν γυναικὸς ὑπεκρίσασθαι, καὶ ἐπιμαρῆσαι, quæ bellissime auctoris nostri verbis conueniunt. Sed vt detectum à nobis errorem apud Suidam, dum sese offert occasio per transfennam, emendemus. Scien- dum apud eum in voce πεπορημένος hæc legi. καίτοι

ωδὲ

τοῦτο Λυκούργου, ἐν τῇ τῷ Τιμοκράτει. Ego repono
 Λεωκράτει, & verba quædam quæ in hac oratione
 leguntur minus correcte, sic purgo ex his quæ à Sui-
 da hic relata fuere, τῷ δ' αἰδοῦναι τοῖς τοῖς σώμασιν ἀπει-
 ρηκόμενος, καὶ τῷ ἡλικίας παρὰ τοῦτο, καὶ ὑπὸ τῷ νόμῳ
 τῷ τραπόμεθα ἀφαιρέτους ἰδίῳ ἢ καὶ ὅλιγόν τι πλὺν πόλιν,
 πῶς ἐπὶ γῆρας ὁδῷ περὶ ἡμετέρας διπλὰ ἱμάτια ἐμπε-
 πορημένοι. Vox hæc ἐμπεπορημένοι vna est ex de-
 relictis ab Harpocrate, quas in vnum collegi-
 mus, & breui post hoc opus edituri sumus.

Pag. 57. l. 4. Quæ afferuntur hic ab Harpocratio-
 ne vocis ἀδμαχίῳ explicationes, vel saltem duo
 exempla quibus eius significatio explicatur, sed sa-
 ne eius verba explicatione indigent, breuitate enim
 laborant & obscuritate. ἀδμαχίῳ, inquit, est per
 seipsum, non per alium litigare, nam ἀλλὰ μὴ δι' ἐ-
 τέρου restituimus, cum male antea esset δι' ἐτέρου, vt
 supra voce Αἰσιῶν, ὁ δ' ἕλλος pro Δύλλος corraso &
 subtracto iota.) Quemadmodum si quis ad aucto-
 rem id est venditorem eat, & actionem quæ aduer-
 sus eum competit, vel quæ de nouo oritur, proferat.
 Quæ vt facillime intelligantur, repetenda sunt quæ
 supra voce αἰάγῃ docuimus, videnda etiam quæ ad
 vocem βεβαιώσις dicuntur. Tria hæc αἰάγῃ, ἀδμα-
 χίῳ, βεβαιώσις δίκη pertinent ad tractatum de cui-
 ctionibus, ideoque diligentius examinandum est
 quid iuris obtineret apud Atticos in emptionibus
 & venditionibus, cuctionibus, redhibitionibus,
 & aliis ad eundem tractatum pertinentibus. αἰάγῃ
 est venditorem conuenire, ἀδμαχίῳ, ei post τὸ αἰά-

Q

ἡ, actionem quæ oritur de nouo communicare;
 βεβαιώσεως δίκη illa est, quæ competit emptoribus
 aduersus venditores, si mota de re vendita contro-
 uersia, nolint cauere de euictione, quod latius infra
 explicabimus. Igitur post ἀναγογὴν, sequebatur
 ἀντιμαχία, postquam enim emptor venditorem cō-
 uenerat, & cum de controuersia rei venditæ mota
 monuerat, vel contra eum agebat βεβαιώσεως δίκη;
 confirmationis vel cautionis actione, si loqui sic li-
 ceat, si noller cauere de euictione: vel si caueret, &
 esset soluendo, contra mouentem controuersiam
 super re vendita exceptione utebatur, quod ἀντιμα-
 χίῃ, vel ἀντιδικίῃ dicebatur, nam non per alium, ve
 per venditorem, sed per seipsum litigabat emptor.
 Suidæ in hanc rem verba sunt oppidò quàm pul-
 chra. καὶ ἀντιμαχίῃται, inquit, ὅταν ἀντιποιῇται τις οἰκίας ἢ
 χωρίου, καὶ εἴη ὁ πτωχικῶς μὲν ἀξιοχρεῶς, ὥς δὲ δοκεῖν ἀπο-
 τίται πλὴν ζημίῳ, καὶ σωίσασθαι πλὴν δίκῃν πρὸς διὰντι-
 ποιῆμενον, βέλῃται δ' ἐξ ὁμοκατέχον πλὴν οἰκίῳ ἢ ὁ χωρίῳ,
 ἴδιον αὐτοῦ γινέσθαι ἀγῶνα πρὸς διὰ μφοιστηπῶνα. τῷ τὸ ἀν-
 τιμαχίῃται καλεῖται. Quidam ἀντιδικίῃ idem esse existi-
 mauere, sed quod eorum pace dictum velim, ἀντιδο-
 κίῃ soli dicuntur principes aut Respub. quæ sibi ipsis
 ius dicunt, nec iudicem extrarium querunt qui lites
 suas componat, vt apud Thucyd. lib. 5. cuius schol.
 recte explicat qui proprie ἀντιδικοὶ essent. Quod Gal-
 li dicunt *estre iuge et partie en son affaire* de principib.
 & magnatib. qui sibiipsis ius præscribunt, hoc pro-
 prie est ἀντιδοκίῃ. Harpocratiō supra ἀντιδοκίῃ, ἐαυτοῖς
 τὰ δίκαια οἰεῖσθαι, ex Dinarcho in oratione cōtra Cleo-

medontem, aliud est *ἀνδίκειν* quod per seipsum litigare significat, ut *ἀνδμαχείν*, cum de euctionibus agitur. Altera vocis *ἀνδμαχείν* significatio hæc est, per seipsum quidem litigare, & non per alium, sed non in simili re & exemplo, imò in longe dissimili. Veluti si quis testē proferret in iudicio qui testaretur *μὴ εἰσαγώμην εἶναι* ^{τὴν} *δικήν*, *l'instance ne pouvoir estre introduite*, dicerent nostri pragmatici, ipse adhuc nō contestabatur, id est litigabat, sed aduersus testantē tota lis mouebatur: *Lyfia* teste in oratione cōtra *Euthyclem*, *ῥωεῖς ἔχλης*. Quidā exarati manu *Ευκλέους* habebant. Pollux lib. 7. cap. 33. *Αὐτοκλέους*, nisi hæc alia sit oratio, & alius sit *Euthycles*, alius *Autocles*. Certe quæ lectio præualere debeat plane ignoro in præsentiarum. Forte ad vocem *ἔχλης* aliquid constituemus certi & indubitati. Adi imprimis ad voces *βεβαιώσις*, & *ἡμαρτυρία*.

Pag. 57. l. 12. 18. 19. Si verum sit quod ex Hellenico refert Harpocration, Arcades, Æginetas, & Thebanos *ἀνδρῶνας* fuisse, ergo falsum quod ait Demosthenes in orat. de falsa legat. *μῶν γὰρ τῶ πρώτων ἀνδρῶνες ὁμῆς*, de Atheniensibus verba faciens. Patet autem cur ipsi *ἀνδρῶνες* dicti sint, at non patet quis ille ὁ πρὸ *Δαναῖδα* *ποποτικῶς*, non saltē mihi.

Pag. 57. l. vlt. Quod Iurisperiti Romani dicunt, assertio in libertatem, hoc Græci *ἀνταλεξεί* vertunt *ἀφαιρέσις* *εἰς ἐλευθερίαν*, vnde supra inscriptio illa *Isæanæ* orationis, *ὕπὸ Εὐμαθοῦς* *εἰς ἐλευθερίαν ἀφαιρέσις*, ex nostra restitutione. Idem ferme *ἔξαιρέσις*, vendicatio.

Pag. 58. l. 2. Non est verum Aphareum reipsa non fuisse, Isocratis filium sed ex opinione. Hippia quidem naturalem eum filium fuisse & legitimum testantur aperte quæ apud Plutarchum leguntur in Isocrate. Sed nullus antiquorum vnquam dixit, opinione eum tantum Isocratis filium fuisse. Qui ab alio adoptatur, eius filius vere non naturaliter censetur, quod adeo verum est vt nullum discrimē ponant Iurisconsulti inter filium adoptiuum & naturalem quoad potestatem, quam habent iure Romanorum patres in liberos. Aphareus ab Isocrate adoptatus fuit, antea enim erat Hippia filius legitimus & naturalis, trium quos ex Plathane vxore habuerat natu minimus, vt non tanquam extraneus, sed tanquam priuignus in filium adoptatus fuerit. Ante adoptionem priuignus erat, Isocrates vero ei vitricus, at post adoptionem vere pater. Ergo non tantum *ἐνομίζετο υἱὸς Ἰσοκράτους*, vt incaute Harpocratio (nisi hic *ἐνομίζετο* à lege datum significet, idest legitimum & adoptiuum Isocratis filium eum esse voluerit, qua sola ratione posset defendi Harpocratiois sententia.) Sed vere erat *ἐλευθερίου*, vel *ἑτέρου*, vt loquerentur Græcorum filij. De Aphareo & eius operibus, vide multa apud Plutarchum in Isocrate, nam in molem crescerent hæ notæ nostræ, si simili diligentia omnia persequi vellemus. Imposterum abstrusiora tantum tanguntur.

Pag. 58. l. 4. 5. Priuata cuiuslibet patrisfamilias substantia bifariam tantum apud Atticos diuidebatur. in *ἀφανὴ καὶ φανερά* ὁσίῳ, in apparentem & non apparentem substantiam. *ἀφανὴς οὐσία*, illa erat

quæ argento feruis vasis constabat, *Φανερὰ* vero quæ terrenis possessionibus. De qua præter Lysiam in orat. aduersus Hippothersem, eleganter Isæus in orat. de Philectemonis hæreditate, *τῆς γὰρ Φανερᾶς ὑπὸ τῆς ἐδῆς κέρων ἐστῆσθαι*. In non apparente ergo substantia continebantur hæc tria *χρήματα σώματα* (quidam manuscripti *δύματα* habebant pro *σώματα*, sed *σώματα* potius legendum esse iam docebimus) *παύσι*. *σώματα* vertimus nos serui, poteramus corpora, adinstar Iurisperitorum, qui multoties in pandectis seruos corpora vocant in pluratiuo, vel in singulari seruum, corpus, vt nominatim in §. & ideo ait, l. si seruus de euiction. & dupl. stipul. D. *cum igitur neque corpus, neque pecunia emptori absit, corpus idest seruus*. Græci elegantissime *σώματα* dixere, Latini corpora & seruos. Auctor noster voce *πρόδουμι* infra, ex Nicandro sexto Colophoniacorum eadem voce vtitur. Et ait Solonem *σώματα διώρεπῃ*, emenda curasse & recto interclusisse, id est seruas meretrices pulcherrimas, non tantum enim seruos, sed & seruas Græci *σώματα* dixere, licet Pollux refragari videatur, qui non vult simpliciter *σώματα*, sine adiuncto dici posse pro seruis, sed *δούλα σώματα*: quod certe absurdum est, aliquando enim purè & simpliciter pari & maiori elegantia dicitur *σώματα*, qua *δούλα* vel *οικτινὰ σώματα*, vt apud Æschinem *οικτινὰ σώματα ἔλαμπαίνοντες*. Exemplis *χέμιοι* antiquorum scripta quæ iam pridè collecta fuere ab Hieronymo Magio lib. 1. Miscellan. cap. 12. & Isaaco Casaubono cap. 10. lib. 5. animaduers. in Athen. Sed aduerse priuararum substā-

tiarum diuisionem ab Harpocracione allatam, recte comparari vulgari diuisioni rerum quam constituunt Iurisperiti nostri. Volunt enim rerum alias mobiles, alias immobiles esse. Mobiles sunt non apparentes, immobiles apparentes.

Pag. 58. l. 15. ἀπαλλάτῃ hic legendum esse orationis contextus desiderat, quod & Suidas confirmat.

Pag. 59. l. 6. Frustra hoc loco appositæ erant stellulæ in præcedentibus editionibus: nihil deest ut apparet ex manuscriptis, in quibus pro eo quod est *Δάκων* scriptum inuenitur *Δάκω* inepte. Porro hæc Isæi verba ex oratione aduersus Calydonem truncate relata fuisse ab Harpocracione.

Pag. 59. l. 7. Falso vulgaria iuris ciuilis Lexica, & magnus interpres ad Nouel. 128. ex Libanio referunt Atticos quicquid pecuniæ mensarij seponunt Enthecam vocasse. Hoc summo illi Sophistæ οὐδ' ὅτι nunquam in mentem venit, imò ex diametro contrarium docet in verbis quæ huic insigni falsitati & mendacio originem dedere. En quid dicat in hypoth. orat. Demosth. pro Phormione (unicus enim hic locus est in quo de entheca loquutus est,) ὁ μὲρ οὖν Ἀπολλόδωρος μὲν ταῦτα πάλιν εἰληχε δίκην Φορμίῳ ἀφορμῆς. ἀφορμὴν δ' οἱ Ἀθηναῖοι καλοῦσιν, ὅθεν ἡμεῖς ἐσθ' ἔκλειν. Quæ ista, amabo te, supinitas est, ex his verbis, quæ vulgo non proferuntur, arguere velle, Libanium dixisse apud Atticos enthecam significare pecuniam, quam recondunt & separant mensarij? ἐσθ' ἔκλειν vox est communis & vulgaris omnium Græ-

corum, quæ præter hanc significationem, multas alias recipere potest. ἀφορμὴ ad solos Atticos pertinet. Vnde erudite Harpocratiō ἀφορμὴ, ὅταν τις ἀρχέωσι δὲ ἐδήκῃ, (sic correximus, quidam manu exarati εἰς δῆκῃ retinuerant, sed recte est ἐδήκῃ.) ἀφορμὴ καλεῖται ἰδίως παρὰ τοῖς Ἀθηναῖς. Hesych. ἀφορμὴ, ἡνὺ ἐδήκῃ λεγομένη. Vox ergo hæc Atticis peculiaris, non ἐδήκῃ, sic enim loquuti sunt vulgo alij Græci, non ita antiqui, vt acutissime Phrynich. in ecloga. Dicti. Atticar. ὅ ἢ ἐδήκῃ ὡς οἱ πολλοὶ λέγουσι, ἀπὸ τοῦ ἀφορμῆ γὰρ λέγουσι οἱ ἀρχαῖοι. Id est vno verbo Attici, nam Attici pro priscis Græcis accipiuntur, vt & eorum literæ pro priscis & vetustis, vnde supra Ἀθηναῖς χαίματα, dixit esse παλαιῖς auctor noster, & nos ex Hesych. ἀνέκως omnino, & extra rem eruditus Phrynichi interpres ἀφορμῆ & ἐδήκῃ illo loco occasionem interpretatus est, ἀφορμὴ aliquando occasionem innuit, ἐδήκῃ nunquam. Miror ergo quomodo somniauerit ἐδήκῃ occasionem esse. Vox hæc rebus omnibus quæ reponuntur & reconduntur accommodari potest, vnde ἀποκεῖται χρῆμα argentum reconditum trapezitarum ἐδήκῃ vocatur. Vnde in iure prædiorum enthecæ sunt dotes eorum. l. 2. §. dotes de instruct. & instrum. legat. D. l. 34. §. Lucius, de legat. 2. quæ & reposita dicuntur à Paulo. l. si mihi mœnia in fine. D. de legat. 3. enthecæ ab Vlpiano l. 65. §. 3. de legat. 3. ἐδήκῃ, cap. 8. nouel. 128. enthecal. 7. Cod. Theod. de Pistoribus, in quibus omnibus locis ἐδήκῃ nihil aliud significat quàm instrumenta & ferramēta agrorum,

vel possessionum causa reposita, quæ enthecæ vocantur, quod reponantur & recondantur ad instar argenti quod Attica elegantia ἀφορμὴ dixere. Aliquando ἀφορμὴ significat παροβολὴ εἰς τὸ ζῆν, quod nos Galli dicimus *moyen de viure*. Schol. Euripid. ἡμῖς παροβολὴ καλοῦμεν εἰς τὸ ζῆν, Ἀθηνοὶ ἀφορμὴ καλοῦσι. Vnde vides quā fuerint huius vocis amatores Attici. Sæpius occurrit apud Atticos oratores Demosthenem, Isæum, alios. Lysias in orat. aduersus Æschinæm Socraticum, apud Athen. lib. 13. ita infit ἀφορμῆς ὃ δέομαι, οἷσιν δὲ σι, αἰτία ὁβολαὶ τῆς μῆρας πόλεως. Ad quorum enarrationem, vide diligenter animaduersi. Casauboni.

Pag. 59. l. 10. 11. Actiuum ἀφοσιῶ, apud Æschinæ in oratione contra Ctesiphontem, ponitur pro ἀποκαθαίρω, vel ἀφαιρίζω, (sic legendum in contextu, Chalcographus vetustum errorem retinuit,) id est purgo, lustrō, expio, & apud Hesych. ἀφοσιῶν significat καθαίρειν, non καθαίρειν, vt vulgo excusum est. Passiuum ἀφοσιώσασθαι diuersam omnino recipit significationem apud Isæum in apologia aduersus Hermonem de fideiussione, (nam sic concipitur epigraphæ huius orat. apud Dionys. Halicarnass. ἢ πρὸς Ἐρμόνα ὑπὸ τῆς ἐλπίδος ἀπολογία.) Illic ἀφοσιώσασθαι est μὴ ἐπιτελῶς τι ποιῆσαι, ἀλλ' ὥστερ ὅσας ἐνεκεν, aliquid non perfecte agere, sed puritatis gratia vt vetus interpres l. 2. Qui petant. tut. D. loqueretur, qui hæc Modest. ὅσας χάριν, puritatis gratia vertit. Quæ vetus lectio male mutata fuit in peiorem pietatis gratia, & hæc tandem in ineptissimam & insul-

fissimam

lissimam prauitatis gratia. Prima sustineri potest *οὐκ ἔστιν* puritatis gratia. Quāvis eruditissimus Antonius Augustinus hic vertat defunctorie, vt in l. 13. §. 6. D. de excusat. tut. *ἀφοσιώσεως χάριν*, hoc est defungendi gratia, parce & more delibantis. Suid. *ἀπαρξασθαι ἢ χρηματίζεσθαι*, in qua significatione vsus est voce *ἀφοσιώσεως*, Isocrat. in Panath. quod notandum. *ὅχι ὁμοίως ὅτι διελύγηται πρὸς τὸ πᾶν τοῖς ἀφοσιώσεως, ἀλλ' ὑπορεπαμνοῦντες*. Neque vero de his defunctorie discrebant, Galli dicerent *par maniere ou par forme d'acquit*, defunctorie Vlpianus in l. 2. ad Tertyl. D. *perfunctorie* in l. aut qui. D. quod vi aut clam. & *inforie* l. si seruus petitur. De legat. 1. D. *translatitie*. l. 1. ad Senatusconsultum Turpil. *dicis causa*, l. 1. D. de Senatusconsulto Syllaniano l. 4. D. Commodati, & *perforie*, quæ omnia in idem recidunt.

Pag. 59. l. 16. Mallem ego hoc loco reponeretur *κατ' Αἰσαγόρας*, quamuis non ignarus sim, quin Hyperides *κατ' Αἰσαγόρου* etiam orationes composuerit: patet enim ex hoc opere, illū & *κατ' Αἰσαγόρου*, & *δῶκεν κατ' Αἰσαγόρου ἀπορροαίς* scripsisse, v. *ἀφάρεσις, ἀπορροαίς, ἀγμάρτυρία*, & aliis, nisi omnibus illis in locis corrigendum sit *κατ' Αἰσαγόρας*, quomodo hic nos restituere tentamus. Quam opinionem & coniecturam nostram veritate niti credimus, quod fidem faciat Athenæus eundem oratorem *κατ' Αἰσαγόρας* bis orasse. De meretricibus & scortis hic agitur, atqui binæ orationes illæ habitæ fuere contra Aristagoram meretricem, ergo

indubitaturn est hic legendum κατ' Αειταγόρας. Aristagora hæc vna erat ex tribus amicis, quas Hyperides Glaucippo filio eiecto suis sumptibus alebat, ut Myrrinem domi, Aristagoram in Pyrao, Philem in Eleusine. De hac Aristagora Philostratus epist. καὶ αἱ χρυσαὶ πίδακι Θαιήδης, καὶ Αειταγόρας, καὶ Αιαιήδης φάρμακα. Laudantur vero sæpius apud Athen. lib. 13. dipnos. Hyperidis orat. 1. & 2. contra hanc Aristagoram. Imò cum mentio sit de Aphyis, testimoniũ Hyperidis ex altera orat. κατ' Αειταγόρας adducitur. Apponam ipsissima eius verba ab Harpocracione neglecta, quæ magnam lucem his afferent. καὶ πάλιν ταῖς Αφύαις, ὅτι αὐτὸν ἔπειν ἐκαλέσασα. Aphyæ meretrices erant sorores duæ, de quibus ita loquutus est Apollodorus. Σταγόνιον καὶ Ανθις ἀδελφαὶ αὐταῖς Αφύαις ἐκαλεῶντο, ὅτι καὶ λευκαὶ, καὶ λεπταὶ ὄναι, ταῖς ὀφθαλμοῖς μεγάλους εἶχον. Vnde Harpocracion, ἔστι δὲ καὶ ὀνόματι ἀδελφῶν ἐπιγραφὴ γυναικῶν δύο. Stagonium & Anthis sorores meretrices Αφύαι dictæ fuere, quod cum exiles candidæq. essent, magnos haberent oculos. Ob quam etiã causam Antiphanes, ἐν πρῶτῳ τῶν ἐπιγραφῶν, Nicostratidem Aphyam vocatã fuisse asserit, quod nimirum candida & gracilis esset, ad instar Apuæ, nam Apua piscis genus teneri & candidi. Vide paræmiographos in Αφύαις εἰς πῦρ.

Pag. 19. l. penult. Postrema hæc huius elementi vox inuitat nos ad sui explicationem accuratam & diligentem. ἀχαριστίη vulgo & communiter ingratiũ esse significat, ut apud Antiphontem, unde in Glossis ἀχαριστος ingratus, & ἀχαριστία, labes ingrati animi

(sic enim loquitur semper Cicero, qui nunquā voce hac *ingratitude* vsus est, sed assiduo vel ἀχαριστία, vel ingratum animum dixit) quæ teste Polluce cap. 32. lib. 5. ab eodem Antiphonte ἀπιστίας dicitur. Inde antiqua illa actio ἀχαριστίας, de qua videndus Pollux. Diuerso paulo sensu in iure ἀχαριστοῦμενοι dicuntur liberi qui nihil iudicio parentum accipiunt, idest præteriti & exhæredati, ἀμνημόνους vno verbo, sic dicti quod eis nullam habeant χάρις parentes, vt loquitur Iustin. nouel. 18. Alius est longe diuersus & non minus elegans apud Atticos τὴν ἀχαριστίαν vsus, apud eos enim ἀπειθία significat, quod ex quorundam sententia παιδαριότης sint χάρεις, idest dicendi vneres & lepores, charites appellentur. Erotianus auctor ἐνίοι τὴν χάριτα εἶπον τὰ παιδαριότηας, λέγοντες οὗ ἀχαριστοὶ οἱ Ἀθηνοὶ τὸ ἀπειθίαν ἀχαριστίαν λέγοντες, quod diligenter obseruandum censui.

Pag. 61. l. 1. 3. Vnum ē nouem magistratibus, quos Ἐντέ Ἀρχοὶς Athenis vocabant, βασιλικὸν Διξδρομὸν dictum fuisse nusquam legi, si vnum excipias Suidam, qui vetustissimum errorem, quem constanter Codices omnes Harpocratonis retinuerunt, verbo ad verbum, ne mutata quidem syllaba, more suo repetiit in sylloge sua. Apud eum legitur inepte, vt hic ante editionem nostram, ἐστὶ τὸ οὗτος εἰς τὸν εἰνέα Διξρότων ὃς βασιλικὸν Διξδρομὸν καλεῖται, quod falsissimum & insulsissimum est. Magistratus enim ille βασιλεὺς vocabatur, vt ad vocem ποσειδώνης & πολέμαρχος latius docebimus. Reponimus igitur, ἀφ' οὗ βασιλικὴ Διξδρομὴ καλεῖται, & ita

excudendum curauimus in hac nostra editione, licet manu exarati refragarentur, & contra clamarent. In qua restitutione nos conuenisse cum Petro Petauio, nouissimo eruditissimoque Synesij interprete & vindice multum gauisi sumus, cum in eius notis ad orat. de regno, auctorem nostrum liberatum ab hoc mendo eadem ferme coniectura uiderimus. Porro de hoc magistratu uide omnino Polluc. lib. 8. cap. 9. *ἡμεμάρτε*, & auctorem hunc nostrum ad vocem *ἑπιμνηστὴς μυστηρίων*. Singularia sunt quæ de eo uetus Comici enarrator in fine. Acharnens. refert. *Διδοῖ, ἰνκνῖ, ὡς ἄρα πρὸς ἑπιμνηστὴν ὁ βασιλεὺς εἶχε τῆς ἀμύλλης τῷ χροῖ, καὶ οἱ ἄλλοι ἐδίδου τὰς κηρύσσας οἱ ἀποκρίν' ὃν βασιλεὺς ὄρχη' τις ἔστι, ὡς ὃ καὶ τῷ μυστηρίων ἑπιμνηστῆς, τῷ πομπῶν, καὶ τῷ θυσιῶν διῆρχον*. Ergo ab eo βασιλικὴ ἀφροσύνη dicta est, non autem ipsemet vocatus fuit βασιλικὴ ἀφροσύνη.

Pag. 61. Athenis Iupiter alter erat βασιλεὺς, id est rex, alter Eleutherius. Prope hunc erat Porticus quā *τοὶ τῷ Εὐαθέρει* vocabant, à qua Hyperides orator uoluit eū dictum postea fuisse, quod eā *ἑλεωθέρει* exstruxissent. Sed à Didymo Criticorum principe reprehensus fuit, quod Iupiter ille non Εὐαθέρειος dictus sit ob eam causam, sed *ἀφ' ὃ τῷ Μνηστῆρι ἀπαλαγνῶσαι τοὺς Ἀθηνάϊους*. unde σωτήρ solebat inscribi, vocari autem Εὐαθέρειος. Alia erat Porticus quam βασιλεὺς dicebant à Ioue rege. Vtraque autem βασιλεὺς dici poterat, & Εὐαθέρειος & Βασιλέως διός, quod est notandum. Hesych. βασιλεὺς τοῦ δύο εἰσὶν Ἀθηνῶν ἐν βασιλείᾳ τοῦ, ἢ τε τῷ λεγομένου βασιλέως διός, καὶ ἢ τῷ

Ελαθέη. Tertia adhuc erat Porticus, quam antiquitus Αἰάκτιος fuisse dictam refert auctor noster, sed quæ postea mutauerit nomē, ut pote quæ ποικίλη Pœcile dicta fuerit. Suidas pro Αἰάκτιος, Παιάκτιος habet, quidam exarati manu Πυαιάκτιος. Mallé ego cum Diogene Laërtio & Suida Πησιαϊάκτιος. Vide Diogen. Laert. in Zenone. Audi vero Suidam de eo. ἐπικλήθη ὅτι καὶ αὐτὸς ζωικός, ἀπὸ τοῦ ἐν τῇ σπῆϊ, τῇ ἐν Αἰθιώγῃ διδάξαι αὐτοῦ, ἢ τις ποιεῖτον μὲν Πησιαϊάκτιος, ὕστερον δὲ ζωγραφηθεῖσα Ποικίλη ἐκλήθη. Verum est eam pictam fuisse à Polygnoto pictore excellentissimo: Nam ex quorundam sententia ideo ciuis Romanus ex Thassio factus fuit, quod eam gratis pinxisset. Plinius Pœcilem hanc Porticum vocat, de qua integrum volumen composuisse Polemonem protritum est, vel ex eo quod illic referretur Lamiam Cleanoris Atheniensis filiam Pœcilem hanc Porticum curasse exstruendā. Hoc me docuit Athenæus lib. 13. dipnosoph.

Pag. 62. l. 1. Codex Fed. Morelli Βαῦλος manifeste habebat, nos ratione ordinis alphabetici hanc lectionem sequuti sumus ex parte, & Βαυῦλος excudendum curauimus. Certe Βαῦλος vel Βαυῦλος legendum esse docet etiam Suidas, apud quem hæc legitur, Βαῦλος, ὄνομα κούριον, fœminæ scilicet. Ego præferrem veterem lectionem huic recenti, nam sæpius scriptum inuenitur Βαῦλος quam Βαυῦλος. Auctor noster infra voce Δυσάουλῃς refert ex Ασκληπιάδῃ ἐν περὶ τῶν παραδομμένων. Dysaulé αὐτῆς θοῖα Baboné vxorē duxisse, & ex ea Protonoëm & Nisam filios sustu-

lisse, quæ omnia Suidas ex eo repetiit, sed quid eodem Suida faciemus qui videtur eandem mulierem semel Βαβώ, vel Βαρώ, semel vero Βαθώ vocare? Audi quid dicat Δημόφ. ὄνομα, inquit, κείων ἐξέουσιν ἢ Βαθώ πλὴν Δημόφ. Δημόφ. ὃ τὰ λίπαι. Rursus voce Βαρώ. Βαρώ καὶ Δημόφ. ὄνομα τα σφαῖν γωνιχῶ. ἐξέουσιν ἢ Βαρώ πλὴν Δημόφ. Baro, Bartho, Babo, & Baubo, an eadem sint non mihi constat, nam in his ἄλλο γλαυξ, ut est in veteri verbo, ἄλλο κρώτι φηγέται.

Pag. 62. l. 2. 5. 6. Egimus in voce ἀνδρομαχίῳ, de hac actione βεβαιώσις. Sed plura adhuc de ea addemus in gratiam Iurisconsultorū. Si cui empto agro aut domu, antiquitus de re emptā moueretur controuersia, opus erat ut emptor εἰ ἀμφισβητήσῃ, id est controuertentem ad venditorem duceret, & ab eo confirmationem rei venditæ & controuersæ peteret, quam si præbere nollit, competebat emptori aduersus eum βεβαιώσις δίκη, at si caueret, poterat ἀνδρομαχίῳ, ut supra vidimus contra mouentem controuersiam: & si vinceretur, rem controuersam à se emptam amittebat, victor enim rei dominus fiebat, sed victo licebat mulctam aut condemnationem petere ab eo qui cauerat, id est venditore. Hic est antiquissimi iuris Atheniensium quod in cutionibus obseruabatur, progressus, quem ego magno cum labore eliciui partim ex verbis Pollucis, lib. 8. cap. 6. partim ex hoc nostro auctore. Ex hoc iure sine dubio descendit illud quod obseruatum fuisse apud Romanos legimus in pandectis. tit. de cuit. & dupl. stipul. Solebant enim emptores si de rebus

quas emerent, eis mouerentur controuersia, auctores suos laudare, ut litibus subsisterent, & defensionem susciperent, quæ denunciationes præsentibus auctoribus, idest venditoribus, & in iure fiebant hoc modo. *Quando te in iure conspicio, postulo ut auctor fias.* Dicebanturque actiones in actores, idest in auctores præsentis. Quid hoc aliud quam meræ *βεβαιώσις* *ἀντι*, quæ apud Atticos emptoribus competeabant aduersus auctores suos? Annū igitur verum quod præmisimus, ius illud Romanorum auctorum in iure laudandorum ab hoc veteri Atheniensium originem duxisse? ita mihi videtur. Sed præterea aliud obtinuit apud Romanos, nam post actiones illas quæ emptoribus competeabant in auctores præsentis in iudicio, idest post denunciationes, re euicta sequebantur aliæ actiones, quas vocabant *auctoritatis*, siue *euictionis*, *exempto*, & *ex stipulatu*: quæ in hunc modum conceptæ erant. *Quod euictionis vel quod auctoritatis nomine victus es.* Nec poterat venditor, cui denunciatum erat ut liti subsisteret, auctoritatem defugere. Actio ex stipulatu vna est ex dilitiis stipulationibus, quæ competeabat emptori aduersus venditorem ex stipulatione duplæ, l. 5. de verb. obligat. D. in cuius locum si forte omissa esset stipulatio, veniebat actio exempto in duplum pretij & accessionis, vel in simplum & in id quod interest, toto tit. de euict. & dupl. stipul. D. Ita Romani, qui omnes hos iuris apices veteri Atheniensium addiderunt, ut patet ex verbis Pollucis, in quibus nos apertissime docet emptores euictis rebus venditis,

ab auctoribus & venditoribus nihil aliud reportasse quàm *ἡμῶν τῶν πωλητῶν τὸ συμφέρον*, ut ipse loquitur, quæ referenda sunt ad venditores fallaces. Apud Romanos sublata etiam litis æstimatione, committebatur stipulatio duplæ in fauorem emptorū, ex sententia Iuliani lib. 43. digestorum, ut recte colligitur ex §. & ideo ait, l. si seruus de euiction. & dupl. stipul. D. cuius facti species elegantissima est, tum quod ex ea aperte pateat emptores vel per se, vel per alios, ut auctores siue venditores litigare solitos, cum de rebus venditis controuersia mouebantur: tum quod in ea nominatim constituatur, litigantibus emptoribus per se, & in iudicio victis committi solitam duplæ stipulationem, licet litis æstimatio sublata fuisset: non litigantibus vero per seipsos, sed per auctores, non committi stipulationem si victi litis æstimationem sustulissent. Atque hæc obseruabamus de vtriusque iuris tum Attici, tum Romani origine & progressu. Alia sunt in textu auctoris nostri quæ explicatione opus habent, nunc ad ea veniamus. Quærat enim forte quis an apud Athenienses actiones illæ *βεβαιώσεις*, emptoribus aduersus venditores tantum competere, postquam res traditæ erant, cui breuiter ex verbis elegantissimis, & notatu dignissimis auctoris nostri potest fieri satis, nam non solum re tradita, sed etiā si arrabonem tantum, aut arram dedisset emptor, ei competebat *βεβαιώσεις δίκην* aduersus venditorem, si controuersiam tertius moueret, vel si ipsemet à contractu recedere vellet, iam enim censetur emptio

emptio & venditio contracta, si aliquid arræ nomine datum esset. Aduerte autem ad hæc verba, *si ipsemet à contractu recedere vellet*, hæc enim de venditore dicimus, qui si litigare desideraret, & non adimplere contractū, tenebatur βεβαιώσεως δίκη apud Atticos. Paulò aliter apud Romanos. Duplum enim restituere compellitur, argumento §. ita tamen, Inst. de emptione & venditione. Superest vt vltima hæc verba Αυσίας ἐν δυοῖν λόγοις explicemus, nam quæ duæ illæ Lysias orationes? Ego moneo duas illas non alias esse quàm eas, quas contra Cinesiam composuerat. Auctor noster voce Κινησίας. Αυσίας δύο λόγοι εἰσι παρὰ Κινησίῳ. Ergo cum Lysias laudatur simpliciter ἐν δυοῖν λόγοις, de his orationibus quæ aduersus Cinesiam compositz erant, intelligenda sunt verba auctoris nostri.

Pag. 62. l. 14. 17. 18. Veterum oratorum alij φησὶν ἐν λόγοις composuerant, vt Antiphon de quo supra verbo ἀπίμος. Alij κακῶς vt Isæus, cuius infiniti κακῶς λόγοι in hoc opere, & apud Pollucem laudantur, è quibus quidam etiamnum hodie exstant: Alij βιαίως vt Lysias, quod nos docet insignis hic locus. Athenæus lib. 13. dipnosoph. ἐν τῷ παρὰ τῷ Φιλωνίδου βιάων ὁ Αυσίας, εἰ γνήσιος ὁ λόγος. Auctor noster infra voce κακώσεως. καὶ ἐν τῷ (ait) Αυσίας τῷ Φιλωνίδου βιάων, εἰ γνήσιος. Illud βιάων species & nomen actionis est quæ competeat aduersus eos, qui vi aliquid moliebantur. Ita in inscriptionibus orationum solebant præmittere & concipere actionum nomina quibus agebant, vt ἐξέλης, κακώσεως, βιάων,

& sic de aliis. Porro ex βιαίους Lysia δόξαις, hic vnus est ὁ καὶ Φιλωνίδου, de quo tamen dubitarunt Critici, controuersum enim fuit apud illos an ad Lysiam tanquam ad legitimum parentem pertineret, quod indicant hæc verba εἰ γνήσιος.

Pag. 62. l. vlt. Ait Harpocracion Demosthenem in Philippicis hac voce vsum esse. Atqui in nulla Philippicarum quas hodie habemus, inuenitur, quid ergo dicendum est? Harpocracionem, ni fallimur, vsum esse quibusdam codicibus, in quibus exaratum inueniebatur βονδρόμια, quo loci nunc legitur βοῖδια. Hoc me docuit Vlpianus ad illa. 3. Olynth. ἢ βοῖδια πέμψωσι ὑπὲρ χεῖρας, inquit, καὶ βονδρόμια, καὶ γὰρ φασι ὅτι ἔπεμψε πλὴν λείδου ὁ Χάρης, βονδρόμια ἢ. ὅ ἢ βοῖδια ὑποκρίσιντες εἰσι ἐν σιναγῆσιν, Αἰνκαὶ ἔχ. Hæc si vera sint, si inquam βοῖδια diminutivum sit τῆ βονδρόμια, male interpretaberis βοῖδια bucculas, nam quid bucculæ cum festo βονδρομίῳ habent simile? Audi Harpocracionem qui verba illa Demosthenis sic videtur interpretari. Βονδρόμια, inquit, quo vsus est tertia Olynthiaca Demosthenes, festum est ab Atheniensibus sic vocatum, quod institutum fuisse refert Philochorus in secundo de festis, postquam Ion Xuthi filius suppetias venisset Atheniësis ab Eumolpo. Neptuni filio bello oppressis, regnante tunc temporis Erectheo Atheniësi principe. βονδρομίῳ enim βονδῆν, idest iuuare & auxiliari significat, & ἐπὶ μαχλὺ δραμίῳ, idest ad pugnam currere. Male apud Suidam & Etymologum legitur ἐκ τῆς οὐδ' ὁ Ζεὺς, pro ἰωὶ ὁ Ζεὺς, non enim

Xuthus ipse, sed filius eius Ion Atheniensibus auxilium tulit, quod à nobis eruditissime probatum est in cap. 6. lib. 5. Lectionum nostrarum, in quo plura de hoc Vlpiani loco à nobis allata sunt, explicata etiam Plutarchi in Theseo, Etymologi & Suidæ verba, quæ fraudi fuere magnis viris.

Pag. 63. l. 10. 11. Verba hæc καὶ εἰδὼς ἀστὲρες, absunt à manuscriptis, nec illa videtur vt legitima admisisse Suidas, apud quem καὶ Καλλιθέης excusum est. Certe hæc aliquando nos vt spuria reiicienda autumauimus, quia elegantiam & doctrinam quæ in eis lateret, non gustabamus, sed impræsentiarum prædicti meliori sensu, opinionem nostram reiicimus, & verba illa sub finem notæ ab Harpocrate cum maximo iudicio addita esse ostendimus. Βοθύνης, inquit, locus est proprie ita nuncupatus in via sacra, Ilexo teste. Est & adhuc astri species, erudite sane, nam astrorum quæ sunt ὡς αὖ φύσιν, quatuor qualitates inueniuntur, (vt Philosophi loqui solēt,) Καμύτης, Δοκίας, Πωγωνίας Βοθύνης. Cometa astrum est, cuius partes infimæ tenuissimæ sunt, supremæ vero in modum comarum condensatæ: Docias astrum quod totum tenue est, & exile in modum hastæ. Pogonias astrum est contrarium cometæ, partes enim eius superiores exiles & tenues sunt, inferiores vero opacæ & densæ: Bothynus astrum quod profunditatem habere videtur ὡς ὁ Φαρόμαχος ἀστὴρ. Cōsule Aristotelem in lib. de mundo, & meteoris.

Pag. 63. l. 12. βολεώας fimeta dixit Plinius. Quomodo autem βολεώι pro fimeto, ita etiam ἰστῶι pro

textrino, & καλαμῶν pro harundinetis, ἰππῶν pro equili, αὐδρεῶν pro magna domu dicta fuisse. Non enim audio Atticorum leporum collectorem & venatorem Phrynichum, qui ἰππῶν ἰστὸν αἰδρεῶν, & καλαμῶν dicendum esse existimat, plus valet apud me Nicandri auctoritas, qui in tertio de Attica dialecto ut patet ex hoc loco, putauit Atticissime dici τὸ βολεῶν pro fimeto. Cur igitur non recte & Attice dicetur eadem forma ἰστῶν, καλαμῶν, ἰππῶν & αὐδρεῶν? non video rationem differentiae, nisi religiosi nimis & rigidi syllabarum & apicum omnium observatores cum Phrynicho esse velimus, & cum eo quæ aliquando elegantissime dicuntur, reprobare ac reicere sine iudicio.

Pag. 63. l. 21. Duas laudat Harpocratio Dinarchi orationes hoc opere, quarum altera καλλιθέοις ἐδίδξαι, altera vero καλλιθέοις εἰσαγγελία inscribitur. Non mihi compertum an aduersus eundem Callisthenem utraque habita sit, inuenio enim paulò diuersam alterius epigraphem in Dionysio Halicarnass. apud quem in Dinarcho, dum publicas eius orationes recenset, καλλιθέοις εἰσαγγελία legitur. Alius Clisthenes, alius Callisthenes, ut diligentius demonstrabimus in accurata illa tractatione de veterum Rhetorum orationibus quam meditamur edere cum earum reliquiis quæ nobis supersunt. Dinarchus igitur ἐν ἐδίδξαι καλλιθέοις, de Hestia Bulæ in hunc modum loquutus erat, μερτύρομαι πλὴν ἐστὶν πλὴν βυλαίου. Vix ullus orator est, qui eius non meminerit, Æschines in orat. de

falsa legat. ἐπαινέτης ὡς ἡμῶν Δημοθέτης παρὰ τοῖς βυ-
 λούτοις, καὶ πλεὶς ἐστὶν ἐπώμους βυλαῖαι συγχαιρῇ τῇ πό-
 λι. Præter oratores, Plutarchus in vita Isocratis de
 Theramene, καὶ Θεραμῶνους τῆς ῥήτορας, ὃ καὶ σύλλαμβα-
 νομένης ὑπὸ τῆς τριάκοντα, καὶ φησὶν ὅτι πλεὶς βυλαῖαι
 ἐστὶν. Artemid. Oneirocrit. lib. 2. cap. 42. ἐστὶ, in-
 quit, αὐτῇ τε καὶ τῇ ἀγᾶλματι αὐτῆς πόλεως μὲν πλεὶς βυ-
 λῶν, καὶ πλεὶς ἐφ᾽ ἡκίω σημεῖν τῆς παροσόδου. Vt autem
 ἐστὶ βυλαῖα, sic Ἀθηνᾶ βυλαῖα, & Ζεὺς βυλαῖος, de
 quibus videndus Antiphon orat. περὶ χορῶν.

Pag. 64. l. 1. Male cohærebant hæc voci præce-
 denti, & in manu exaratis & in excusis, nos distin-
 ximus & à capite reposuimus quæ de hæc voce βυ-
 λεία referuntur, quod nullâ haberent cum superio-
 ribus paritatē. Comici autē ἐς Θεσμοφωρίαν ἔφασι
 verba ita habent, τίς βυλῶν ἐστὶν ἀμείνων ὡς ἀδελφὴ ἐ-
 τέρα πλεὶς βυλαῖαι. Ad hæc Suidas erudite. βυλαῖαν ὃ
 βυλῶν, καὶ οἱ δικηρικὸν καλεῖται σωτήρας ὃ βυλῶνται, βυ-
 λείαν ἔλεγον οἱ παλαιοί. Ergo idem βυλαῖα quod βυλῶν,
 nisi quod communiter & vulgo pragmatici, & li-
 tigatores βυλῶν dicunt, Attici vero & veteres
 βουλεία.

Pag. 65. l. 8. Ex Philochoro Philostephanum fe-
 cimur, verus enim τῆς Ἡπειρωτικῆς auctor Philoste-
 phanus, vide Stephanum in ἄλφει, ἀνθήνα, & Ἀπριών.
 Ita omnes Codices bonæ notæ. Philochorus non
 composuit Ἡπειρωτικῆς, vt patet ex syllabo librorum
 quem nobis absolutissimum dedit Suidas. Porro
 urbem Βύχη in neutro pluratiuo sic dictam do-
 cuerat Philostephanus, quod illuc Themis boui

assidens venisset (nam ἐπὶ βοός diuisis vocibus legendum, male ἐπὶ βόος præcedent. Edit. habebant.)
 ἔτι δὲ Δουκαλίωνος καταχυσμὸν.

Pag. 65. l. 13. Hæc nos diu torserunt, nam quid ad alstrum Bootem, αἱ μέγιστα δ' ἔρχαι ἐπὶ τούτῳ ἐξεργαστοῦντο? Bis legebatur hic βοώτης ineptissime, quam lectionem tamen tuentur membrana. Nostro periculo nos mutauimus, & ex astro bouum emptorem fecimus. Vera lectio βοώτης, quod ipsamet verba Demosthenis ex oratione contra Midiam confirmant satis. Vlpianus ad illa βοώτιον, ὃ δὲ ὠνέμενοι βοῦς εἰς τὰς εὐρύς, cui Suidas adstipulatur. Refert enim βοώτιον illum Athenis à ciuitate electum fuisse, ut boues ad sacrificia emeret, & splendidum magnificumque esse βοώτιον fieri, cum ipsi exercitus duces στρατηγοί, fierent & crearentur βοώται, vnde auctor noster optime, καὶ αἱ μέγιστα δ' ἔρχαι ἐπὶ τούτῳ ἐξεργαστοῦντο, idest maiores magistratus eligebantur βοώται, quæ verba aliò detorta fuere à Suida, non enim ad vocem βοώτιον, sed ad βοώτιον hæc retulit. De Bute loquens sic ait, αἱ μέγιστα δ' ἔρχαι ἀπὸ τῶν Αἰτωλῶν ἀπὸ τούτῳ ἐξεργαστοῦντο, debebat ergo Βυτιάδαι, nam Butadæ illi erant qui à Bute descendebant. Vulgare est hunc Butem ἱερωσιώτιον habuisse Athenis, non vulgare ex eius nepotibus maiores magistratus electos fuisse, hoc siquidem ante nusquam lectum. Verum est à genere Eteobutadarum Mineræ sacerdotes fuisse desumptos, ipse auctor noster testis voce Ἐτεοβυτιάδαι, & Nicephorus Gregor. in schol. ad Synes. erat. de insomniis, quo loco ait Ἐτεοβυτιάδαι γέ-

nos τὴν ἄρχαν ὁπίστημι ἐν Αθῶναις καὶ παρθεναίς, ἀφ' ἧς αὐτῆς Αθῶνας ἐξελέγοντο ἱέρειαι. Sed quid illa omnia ad electionem μεγίστην ἄρχων, de qua supra loquebamur?

Pag. 65. l. 17. & pag. 66. l. 6. βωμοτοχθεῖσθαι Latinis carinari est, χαρεινίζεσθαι, vnde in Glossario Carinari, χαρεινίζεσθαι. Isidorus Carinantes, illudentes. Ennius,

Contra carinantes verba atque obscura profatus.

Et rursus:

Neque me decet carinantibus edere chartis.

Citante Servio in illud Virgil. Æneid. 8. *Et laetis mugire carinis.* Carinari autem à Carina, vt apud Græcos χαρυνίζειν à γέφυρα. Carinationes χαρυνισμοί dictæ sunt à loco fere vbi solebant fieri, & χαρυνιστῆς dicti sunt isti βωμοτόχοι, à carinationibus & irrisionibus, quibus sedentes in ponte impetebant eos qui dum sacra Eleusinia celebrabantur transibant. Consule Ammonium voce σκώμματα.

Pag. 66. l. 9. Vere debuit scribi Γαληψίς, vt apud Herodotum in Polymnia, Strabonem, Stephanum, & Etymologum. De Galepso bis Thucydides loquutus est in historia sua, lib. 4. καὶ Γαληψίς οὐ πολλὰ ὕψος, καὶ Οἰσύμνη, εἰς ἣν αὐταὶ Θασίῳ ἀποικίαν, male vulgo legitur Γάψαλος, peius etiam apud Stephanum ἢ σύμνη, nam Οἰσύμνη legendum, vt latius à nobis dicetur ad hanc vocem Οἰσύμνη. Lib. 5. Γαληψίον ἢ πῖον Θασίῳ ἀποικίαν χαμβαίει καὶ κράτος. Ita Scylax Caryædensis in periplo. Εἰς ἣν ἐν Θράκη πόλις Ἑλληνίδες αἰῶνι, Ἀμφίπολις, Φάρση, Γαληψίς, Σισύμνη, καὶ ἄλλα ἐμπόρια.

Hic etiam legendum Οἰτύμη non σιτύμη, auctor nostro infra voce ἐρύμη. Ὑπνία γ' εἰς Θασίαν ἐκ τ' Ὀρεάκης σάλητος καὶ ἐρύμη ἡ ἡσος. Restituimus nos Γάλητος, ut videbis in his quæ à nobis illic afferetur. Porro illud sciendum Galepsum dictam fuisse à Galepso Thasi & Telephes filio, Marfya iuniore teste, (νεώτερος enim legendum non νεώτερος ut insulse Typographus excudit.) An vero Thasus hic, idem ille sit à quo Thasus condita fuit, decem generationibus ante Herculem, ambitiose iam non inquiremus. Hoc tantum pro certo habemus, quod nolimus suppressum, dum de his agimus, apud Stephanum voce Θάσος restituendum ἐν τ' ἡρεῖς, Ἡρακλέους δέκα παλαιότερος, ex coniectura magni Scaligeri in animaduers. ad Euseb. & ex nostra apud Herodotum in Euterpe, καὶ ταῦτα δέκα ἡρεῖσι ἀνδράσι ποροῖται ἔστι, ἡ δὲ Ἀμφικτύωνος Ἡρακλέα ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἡγεῖσθαι. Pessime hodie est καὶ ταῦτα πάντα ἡρεῖσι, quod hactenus non fuit animaduersum. Impuri librarij ex i fecerunt ε, & nobis crassissimum hunc errorem in textum purissimum & purgatissimum Herodoti intruserunt.

Pag. 67. l. 9. Inscriptio huius orationis Isæanæ vere ita habet, πορὸς Ὀργάνιας, ut supra monuimus. Peccarunt aliquando in eo operæ, nam male excusum est ὀργάνια pro ὀργάνιας.

Pag. 67. l. 10. Antiquissima tribuum Atheniensium diuisio quatuor partibus constitit. Quatuor enim ab initio tribus tantum fuere, decem deinde, postremo duodecim, ut patet. Et si velis hæc perfectissime

festissime tenere: scito vsque ad Cecropem has tantum fuisse *Φυλαξ*, Cecropem, Autochthona, Actæa, Paraliam. A Cranao hæ additæ fuere, Cranais, Arthis, Mesogæa, Diacris. Ab Erichthonio auctus adhuc fuit numerus, nam hæ de nouo accesserunt, Dias, Palladia, Neptunia, Vulcania. Ab Ionis filiis ad Erechtheum, Geleontes, Oplitæ, Ægicores, & Cades. Ab Alcæone diuersa illa nomina Apollinis oraculo in decem redacta fuere, quæ ita habent, Erechthis, Cecropis, Ægis, Pandionis, Acamantis, Antiochis, Leontis, Oenis, Hippotheontis, & Æantis: Quibus tandem addita fuere duo, Antigonis & Demetrias, alias Attalis & Ptolemæis dicta. Vnde vltima diuisio tribuum duodecim partes habuit. De prima nobis agendum est, quia ex ea pendet cognitio totius ferme anni Attici, quæ à nobis nunc breuiter exponetur. Quælibet igitur ex quatuor primis tribubus diuisa fuit in tres partes, *πειρήαι, ἔθνη, Φατελας*. Hoc voluit auctor noster cum dixit, *καὶ ἐκαστὴ ἐκαστοῦ μέρους ὅστων περήαι καὶ φατελα*, debuerat addidisse *ἔθνος* vt infra voce *περήαι*. Rursus illarum duodecim partium vnaquæque partita fuit in triginta familias, quas *γῆνη* vocabant, vnde *γῆνηται*, & αἱ ἱερωτάται ἐκαστοῦ πρεσβυτέρου ἐκληθεῖντο. (Vt hic ait Harpocraton.) Tandem quodlibet *γῆνος* triginta viros habuit. Prima diuisio quatuor anni tempora, *ῥέας* (vt amant loqui Græcorum filij) representabat. Secunda duodecim menses, Tertia integrum annum, idest 360. dies quibus annus ab initio constitit. Nam duodecies triginta, numerum 360.

explent. Peruerse & sine iudicio apud Suidam excusum est, καὶ τὰς ἡμέρας τξε. expungenda est vltima litera ē, quod quomodo non animaduenterint, præstantissimi viri qui in hunc locum incidere, satis mirari non possum. Ex hoc fundamento pender omnis notitia anni Attici, quem omnes huc vsque crediderant ab ipso initio lunarem fuisse, cum Solino, Macrobio, & Gaza, antequam mens illa præscia veri, diuinus inquam illustrissimi illius Scaligeri genius contrarium probasset in magno opere, argumentis tantum à posteriori allatis. Nullum enim quod adhuc sciam, argumentum productum est, quo possit à priori probari neque Lunarem, neque Solarem ab initio fuisse annum Atticum. Quæcumque magnus ille Heros in lib. 1. de emendat. temp. cap. de anno minore æquabili Græcorum, & lib. 3. Canon. Isagog. contra receptam opinionem attulit, per consequentias tantum rem dirimunt, & à posteriori dicta fuere. Vera & primigenia ratio adhuc allata non fuit, nos primi purgatis Suidæ verbis huius vindices facti sumus. Ex antiquissimo enim Reipublicæ Atheniensis statu originem anni Attici, & primæuam formam deduximus, quam tribus verbis non pœnitebit per ἀνακταρχίαν repetere. Quatuor tribus ab initio fuere, vt quatuor tempestates, Duodecim quatuor tribuum partes, vt duodecim quatuor anni temporum menses. 360 ἡμέραι in partibus duodecim quatuor tribuum, vt 360 dies in duodecim mensibus quatuor anni temporum. Huiusmodi erat primæuus Reipublicæ Atheniensis

status, hæc etiam erat prima & antiquior anni Attici forma. Lunarem enim aut Solarem eum ab initio fuisse nullus vnquam sibi persuadebit, nisi certus omnino sit & φρεσολογίας. Adi Suidam ad vocē ἡμισυ, & attente perpende num eius verba à nobis ad obrussam rationis examinata fuerint.

Pag. 68. Nullus dubito quin pro γραιαί hic legendum sit & reponendū γεγραί, licet Suidas aliā lectionē tueatur. Ita Pollux lib. 8. cap. 29. & Hesychius, qui eruditissime notauit γεγραί communiter ministras significare, proprie vero eas sacerdotes quæ sacra peragebant in honorem Bacchi τῷ Ὡ Δίμοις. Quatuordecim autem erant ἀπὸ Βασιλείας ad hoc præfectæ, vt iidem auctores testantur.

Pag. 69. l. 10. Eximius est hic locus, & qui omnino ante nostram editionem lacer erat. Non tacebimus antequam vltius progrediamur, variantes Codicum lectiones. Codex Fed. Morelli habet ὧς δὲ τῷ Ὡ Σάμω, (sic enim legendum non Σάμω, quem antiquum errorē retinuit Chalcographus) γεφάνης, ὃν ἔπειν ἔχοντες διδύλων Εφορος Ὡ δὲ ὧς χερίων. Vaticanus Ὡ εἰ χερίων. Nos retenta veteri lectione simpliciter excudendum curauimus Εφορος ὧς χερίων, quia variabant codices. Cæterū vt luculentam huius loci enarrationem afferamus: Sciendum est Geophanij huius quod in insula Samo inuentum est, primum inuentorem fuisse Mandrobolum illum qui prouerbio locum dedit ἐπὶ τῷ Μανδρόβουλου. Audi Suidam ad hanc paræmiam, ἐπὶ τῷ εἰς τὰ χερίων στεπομένη, ἀπὸ Μανδρόβουλου πρὸς τὸ Ὡ

Σάμῳ γεφάνιον δίδοντας, καὶ πρῶτον μὲν χρὸν χρυσίου
 ἀναθήντες, ἔπειτα ἄργυρον, ἔπειτα χαλκὸν ἐλάττονα,
 εἶτα ὀκνέτη, ὡς Εφφορος. Aduerte autem ad hæc postre-
 ma verba, ὡς Εφφορος, nam vt optime auctor noster,
 Ephorus ille in libris de locis, de hoc Geophanio à
 Mádrobulo reperto egerat. Vides quàm hæc belle
 cohæreant. Porro & si de parcemia ista, cuius origo
 ex hac historia pender, occultiora & secretiora scire
 aues, En tibi quod nobis inter legendum occurrit.
 Ἐπὶ τῷ Μανδρόβουλου prouerbium est, in cuius expli-
 catione quàm multa ridicula commenti sint quot-
 quot mare hoc tranare conati sunt, vix exprimi pos-
 set. Erasmus primus ex Luciano & Alciphrone in-
 tegra prouerbij verba attulit, Ἐπὶ Μανδρόβουλου χωρὶς
 τὸ πρῶτον. i. res Mandrobuli in dies peius labitur.
 Vide alia quæ ab eo allata sunt ad huius prouerbij
 illustrationem, Hadrianus Iunius ex Æliano lib. 12.
 animal. cent. 5. adagio 85. Hoc idem prouerbium
 in eos conuenire putauit qui inconsulta temeritate
 aliquid offerrent: quæ minus vera sunt. Inhærendū
 est verbis Suidæ, qui omnium optime vim & ener-
 giam parcemiæ assecutus est, cum Mandrobulum
 istum Geophanio inuento arietem aureum diis de-
 dicasse narrat, deinde argenteum, tandem æreum, &
 postremo in peius iuisse nihilque dedicasse. Zeno-
 bius non Geophanium, sed thesaurum in Samo in-
 sula inuenisse illum indicare videtur, vt & Dioge-
 nianus, qui cum Zenobio nominatim Iunoni ouē
 auream, argenteam, & æream à Mandrobulo dedi-
 catam fuisse assecerat. Apostolius paulo aliter rem

narrat: ait enim Mandrobulum hunc, postquam diis anniuersaria vouisset sacra iureiurando, primo anno decem boues mactasse, secundo nouem, tertio octo, & ita iurissurandi violati reum factum esse. In hoc autem conuenit cum Suida, quod Ephorum huius historiæ auctorem laudet, & de Geophanio, non thesauro loquatur. Verum siue thesaurum, siue Geophanium inuenerit ille Mandrobulus, non possunt hæc verba Harpocratonis recipere illum sensum, quem nuperrime vir eruditissimus in notis, & obseruationibus suis ad auctores Gromaticos attulit. Voluit enim hæc *χρυσίον ἐστὶ τὸ γῆς μέταλλον*, de metallis lapidum intelligi, quod subsistere nullo modo potest. Nā primo Suidas qui solet verba auctoris nostri integra exhaurire, *γῆς* non habet, ita ut simpliciter Geophanium esse dicat locum in quo metallum, siue aurum, siue argentum, siue æs, effodi potest. Sed & præterea certissimum est auctorem nostrum loqui velle de loco in quo vel aurum, vel argentum, vel æs, aut quodlibet aliud metallum inuenitur, non lapides. Quod satis apparet ex origine huius historiæ quam integre recitauimus. Vulgare est quod de metallis lapidum vulgo dicunt, modus hic loquendi à Græcis desumptus est, qui *λίθων μέταλλα* dixere, vt Strabo lib. 5. *μέταλλα δ' λίθων*, vnde Latini postea metalla lapidum, Sil. Italicus lib. 8.

Tunc quos à niueis exegit Luna metallis.

Id est à marmoribus. Vlpianus l. 13. §. inde est D. de usufructu. *Venas quoque lapidicinarum et huiusmodi*

metallorum inquirere poterit. Hesych. γωφάνιον. μέταλλον τῆς κεραμίδος ἢ ἄλλης ἐργασίας. Hic quidem recte observare potes morem loquendi Græcorum *metalla lapidum*, cum dicat terræ figulinæ, aut alterius metallum Geophanium esse, sed non in Harpocratonis verbis, quæ ut patet ex integra historia, aliò sunt detorquenda. Vox hæc *metallum*, terræ cuilibet, vel cretæ, vel harenæ, aut lapidibus accommodari potest, ut docere videtur Vlpianus in l. illa 13. Ergo non mirum si *metalla lapidum* dixerint Romani, vulgo enim id usurpatum invenias etiam de aliis materiis.

Pag. 69. l. 13. Quæ ab hac voce γήπεδον usque ad finem leguntur confusa erant cum præcedentibus: itaut nullus plane sensus ex his elici posset. Nos primi auctoritate manuscriptorū omnia distinximus, & hæc à capite reposuimus γήπεδον. Δεξιάρχος ἐστὶ τῶν Στρατιῶν, γήπεδον ἐστὶ τὸ χωρίον ὡς περ καὶ οἰκίπεδον τὸ γῆ καὶ οἰκίμασι ἀπὸ τῆς γῆς. Supererant tantum hic verba Platonis superioribus insulse commixta & coniuncta.

Pag. 72. l. 8. Poteramus hoc loco multa addere, sed obstiterunt manuscripti Codices, in quibus ne verbum quidem præter ea quæ præcedentes editiones habuere, inuentum est. Suidas plura attulit. Hunc cōsule & ὁμνες paræmiographos. Iosephus Scaliger in animadvers. ad Euseb. Chron. quo loci de Dædali statuis differit, pleniorē hunc & integriorem auctoris nostri locum ex quodam Codice dedisse videtur; sed si bene advertas omnia quæ

addidit, petita sunt vel ex Zenobio, vel ex Suida. Nos nefas esse duximus manuscriptis fidem non adhibere, & quæ forte nunquam auctor scripsit, ei temere imputare.

Pag. 72. l. 15. & pag. 73. l. 1. 2. Exstat oratio Lysiae quæ hic laudatur, sed paulò aliter concipitur eius epigraphæ, sic enim habet, κατ' Ερατοθέους τῷ Δημοφίλῳ τῷ τεταμένῳ, ὃν αὐτὸς εἶπε Λυσίας. Quæ postrema verba valde notanda sunt, quia certissimum est oratores antiquitus non omnes orationes quas componebant recitasse, ut patet ex Plutarchi decem orat. vitis, sed vel aliis eas recitandas præbuisse, vel scriptis tantum mandasse. Vnde cum nobis interpretari debes illa Suidæ quæ hæctenus intacta remanere, ῥητορικὴ γραφὴ, καὶ ἡγωνίζοντο οἱ ῥήτορες, οὐ γὰρ πᾶσας ἡγωνίζοντο ταῖς δίκαις τῷ παλαιῷ οἱ ῥήτορες, ἀλλ' ἐνείας. Lysias igitur in oratione aduersus Eratosthene vnum è triginta Tyrannis, à se habita, hac voce Δαρικῆς vsus est. Verum quo in loco? nam volue & reuolue integram illam orationem, nunquam in hac vocem incidet, imò oleum & operam perdes & maris numerabis harenas. Audi nos, & Lysiam ab insigni mendo liberabis, & verba auctoris nostri aliquam apud te nanciscentur fidem. Ait ille orat. ferme principio. ἐπὶ ᾧ οὐχ' ὅσον ὁμολογῶν εἶχαι ὡς ἄνδρες δικαστῆ, ἀλλὰ τεταμένῳ. Δαρικῆς, καὶ πεπραγμένους Κυζικηνοῖς, καὶ ἐκατὸν Καρικοῖς, καὶ Φιάδας Δαρικῆς τέσσαρας, ἐδιδόμην αὐτῷ ἐφόδια μοι δοῦναι. Restituo ego ἐκατὸν Δαρικῆς, & contra interpretis sententiam qui *centum Caricos* vertit, *Daricos centum* inter-

pretor. Ita hic apud auctorem nostrum Δαρεικὸν
 potius legerem quàm Δαρκός, quia solent ut pluri-
 mum voces eodem casu in quo apud oratores legū-
 tur, ab auctore nostro referri. Δαρεικὸν dixit Lysias,
 ita etiam repetiisse debuit Harpocraton. Sed Lysia
 sanato de auctore nostro cogitemus, legebatur hic
 sub finem ante edit. nostram, λέγουσι δὲ πέντε δυνά-
 μαι εἶναι Δαρεικὸν ὄργυρας δραχμαὶ ὀκτώ, οἳ τοὶ πάντα
 Δαρεικοὶ δυνάμει μισθὸν ὀξυγυεῖς; nos reposuimus
 ὄργυρας δραχμαὶ εἴκοσι, mina enim centum drachmis
 constabat. Atqui quinque Darici expleant minam,
 ergo quilibet illorum viginti drachmis æquuale-
 bit. Sine dubio ex x̄ impuri notarij n̄ fecerant, qui
 error postea originem dedit mendis omnibus quæ
 hinc effluxere. Quod autem hic ait Harpocraton
 Δαρεικὸν idem valere quod numisma illud quod At-
 tici χρυσίου vocant, verissimum est, valet enim χρυ-
 σιῶν duas drachmas auri, quælibet auri drachma de-
 cem argenteas drachmas valet, ergo χρυσιῶν viginti
 drachmas argenteas valebit, vnde πάντα χρυσίον mi-
 nam argenteā constituent, ut πάντα Δαρκός. Hesych.
 χρυσιῶν. Πολέμαρχος φησὶ δυνάμει εἶναι χρυσίου πέντε τοῖς
 Ἀθηναῖς δραχμαὶ δύο, πλεον̄ τῷ χρυσίου δραχμῶν ἰσόμε-
 νους ὄργυρας δραχμαὶ δέκα, μισθὸν δὲ λέγεσθαι τοὺς πάντα
 χρυσίους.

Pag. 73. l. 5. εἰς Δατητῶν αἵρεσιν iudicium est com-
 muni diuidundo. Ita concipiebatur hæc actio non εἰς
 εἰς Δατητῶν αἵρεσιν, quomodo infra εἰς ἐμφανὲς κατὰ-
 σαι, actio ad exhibendum. Δατητὴς est arbiter pro
 socio, ut loquitur lex pro socio 38. D. pro socio.

quasi

quasi διατητής. Sed vereor ne Romanorum actio communi diuidendo latius pateat quam actio eis Διατητῶν αἵρεσιν Atticorum. Hanc enim inter socios tantum competiisse patet ex verbis auctoris nostri. Illam vero ex multis Pandectarum locis, vt ex l. 34. pro socio. D. & toto tit. communi diuidendo, inter cohæredes etiam reddi solitam constat.

Pag. 75. l. 8. Abactis & expulsis triginta Tyrannis, sine interregno aut διαρχία vlla, creatos fuisse Decemuiros qui Reipublicæ Atheniensis administrationem haberent fidem faciunt veterum monumenta. Xenophon lib. 2. rerum Græcarum duobus locis. Isocrates in exceptione aduersus Callimachum, cum ait ἤρχον μὲν γὰρ οἱ δέκα, οἱ μὲν ὅτι Τειάχοντα καταστάντες. Lysias in oratione de Diogenis hæreditate, Μόλπις ὁ τῶν ἐν Περαιῶν, οἱ δ' ἄλλοι μὲν ὅτι Τειάχοντα δέκα ἀρχοῦντες ἤρχον ἐν Περαιῶν. Vnus erat ex illis decem magistratibus Molpis, vt Rhinon, de quo ad vocem ῥῖνον, infra diligentius disputabimus. Vocabantur autem οἱ δέκα omnes simul, at separati & diuisi quilibet δεκάδδοχος. Iustinus lib. 5. His vocibus tantum promotum est, vt reuersus in urbem exercitus triginta Tyrannos emigrare in Eleusina iuberet, substitutis decem qui Rempublicam gererent, qui nihil exemplo prioris dominationis territi eandem viam crudelitatis aggressi sunt. Ælianus lib. 5. ποιέλης cap. 13. Αἰσχροχέρια δὲ ἐχρήσαντο μεχέϊ τῶν πετρακωσίων, εἴτα ὕστερον δέκα τῶν πολιτῶν κατ' ἑκάστου ἔτος ἤρχον τῆς πόλεως. πλῆταίον δ' ἐγίμετο αἰαρχία πρὸς τῶν Τειάχοντα κατὰ στασι. Quæ verba ideo a nobis allata sunt, vt ea interpretemur

in gratiam magni Scaligeri, qui in animaduersion. ad Euseb. chron. numero 1333. ingenue fassus est, hæc ipsa se nunquam intelligere potuisse, & auctorem hunc Romanum arguamus *αρχηγνομοδ*, à quo nulla ratione defendi potest, qui error forte menti diuini illius viri tantas pepererat nebulas, vt in his nihil vnquam videre potuerit. Falsissimum est & absurdissimum decem illos magistratus quos *δεκά* vocabant, ante triginta Tyrannos constituere velle, quod nos docere videtur Ælianus in relatis verbis, cum immediate post quadringentos, decem illos magistratus electos fuisse qui Rempublicam gubernarent, & post illos tandem interregnum circa triginta Tyrannorum constitutionem accidisse refert. Atqui triginta Tyranni, & interregnum quod circa regni principium accidit, ante decem illos magistratus constituenda sunt, vt patet ex infinitis auctorum emunctæ naris & probæ fidei locis. Quis igitur adeo mentis inops erit, & à sensu communi alienus, qui non videat manifestum esse in verbis Æliani prochronismum? Hoc posito, studiosos omnes monemus, caueant ne cum Scaligero hos *δεκά* *αρχηγε* confundant cum *circa* aliis, de quibus Eusebius numero 1333. Æliani decem magistratus Olympiad. 94. anno secundo creati fuisse. Eusebij nouem magistratus Olympiade 24. vnde vides quantum inter se distent *ci δεκά*, & *circa αρχηγε*, non tantum enim numero, sed & longo temporis interuallo distiti inter se sunt. Miror magnum virum in his sui oblitum: Præterea *circa* *αρχηγε*

ῥήτων quilibet vel πολέμαρχος, vel ἐπώνυμος, vel βασιλεύς, vel Θεσμοθέτης vocabatur, nam sex Thesmōthetæ erant. At decem illorum magistratuum unusquisque δεκάδολχος.

Pag. 75. l. 16. Vide quæ dicemus ad vocem Τεταρχία.

Pag. 76. l. 4. Virgines olim ante nuptias, cum decimum annum attigerant, Dianæ Munichiae aut Brauroniae sacra facere solitas docuerat Lyfias in oratione pro Phrynichi filia, si tamen ea legitima esset, & Didymus Grammaticus in libro quem cōfecerat περὶ τῶ ὄρκου καὶ δικαίου. Vnde ἄρκτη vocabantur, ὄρκου ἐνὶ αὐτῶν, aut δικαίου dicebantur cum Dianæ illi Brauroniae aut Munychiae tenui crocotula amictæ peragebant sacra. Ita eas vocauerat Euripides Hypsipyle, & Aristophanes Lemnius, hodie in Lyfistrata ita legitur.

Καταχέσαι κροκωτὸν ἄρκου ἢ Βραυρωνίους.
ἄρκου ibi virgo est ὄρκου ὁδὸν Dianæ quæ alias δικέης apposite vocabatur, vnde forte legendum in verbis auctoris nostri sub finem ἐπιδὴ αἱ δικαίαι ἤρχονται, non ut hodie excusum est δικαίαι, non enim δικέης ἄρκου dicitur, sed δικέης. Aristoph. Lyfist.

Εἴπω ἀλετοῖς ἢ δικέης.

Quasi δικέης, quia ὅτε περιεσύνταται δέκα ἐτη, ὅτε ἑλπίους πίντε sacra illa peragebant. Helychius. ἔλεγον ὅ καὶ ὄρκου καὶ δικαίου, ὅτι ἐπεσσοῖ αὐτῶ αἱ παῖδες οὗτοι περὶ τὴν δικαίαν χεῖρὸν ἔσται. Sed de his plura alias. Historiam narrat Suidas quæ huic mori τῶ ὄρκου

καὶ διατρίβει τὰ πρῶτοις originem primam dedisse videtur. Tu illum consule in ἑρτρίει & διατρίβει.

Pag. 77. l. 17. Male erat excusum in prioribus editionibus vno verbo ἐπιόκη. Nōs distinximus ἐπὶ Νιόκη, idest in Niobe: fabulam enim quæ inscribebatur Νιόκη, Sophoclem composuisse docet etiam Athen. lib. 4.

Pag. 77. l. 22. Laudantur hic Milesiaca Aristidis, quorum etiam meminit Ouid. trist. 2.

Iunxit Aristides Milesia crimina secum,

Pulsus Aristides nec tamen vrbe sua est.

Plutarchus in Marco Crasso σιόντες καὶ ἀκόλιστα βέλτε τῷ Αετρίδου Μιλησιακῶν. Vide apud illum integrum locum, vbi de Milesiis, & eorum lascivia multa. Adi & ad Appianū qui de Aristidis Milesiacis verba fecit. Porro Milesiaca illa Aristidis nihil præter iocos, lasciuias, aut oblectationes continebant: hoc enim nomen ipsum arguere videtur, vnde Apuleius in Metamorph. sermone Milesio fabulas se scripturum pollicetur, idest intemperanti, festiuo & iucundo. Milesiæ siquidem huius argumenti fabulæ. Si Tennæ Milesiarum libros vndecim laudat Charisius. Claudij Albini Imperatoris Milesias Iulius Capitolinus in Albino. *Milesias nonnulli eius esse dicunt, quarum fama non ignobilis habetur.* Ita Iamblichus ἐρωτικὰ de Simonis & Rhodanes amoribus Μιλησιακὰ vulgo appellant docti. Hegesippus Milesiacorum primo, Aristoteles, & varij Milesiacorum scriptores à Parthenio laudantur cap. 14. & 16. sed, non ludicra aut fabulosa scripta illa fuisse, autumare licet,

eo quod potius rerum à Milesiis gestarum seriam & diligentem rerum narrationem continerent. Cò-
trarium tamen arguunt quæ de Antheo & Laodice
illis capitibus referuntur, nihil enim illic est, quod
non sit fabularum inuolucris intermixtum & in-
tertextum.

Pag. 77. l. vlt. & pag. 78. l. 8. 9. 10. Ita restituit
hos versus c Σωζέφους Diphili Princeps cruditorū
Isaacus Casaubonus cap. 4. lib. 13. animaduers. in
Athen.

Pag. 78. l. 12. Lycurgi hæc oratio ita inscribi de-
bet κτ̃ Μενεσάχμου, vt patet ex infinitis huius ope-
ris locis. Male apud Suidam voce Αυκοδρzes est κτ̃
Μενέχμου: Peius etiam apud Pollucem lib. 7. cap. 31.
Αυκοδρzes c̃ τῷ κτ̃ Μενεσέμου. Vtrobique legendū
Μενεσάχμου.

Pag. 78. l. 13. Hæc à nobis de nouo data sunt ex
Codice Fed. Morelli.

Pag. 78. l. 14. & pag. 79. l. 1. de Demarchis infra
agemus forte si ferat occasio voce Ναυχεγῆ. Ad-
uerte tantum hic nos inscriptionem dramatis Ari-
stophanici restituisse, legebatur ante Αεισοφῆς c̃
οὐλωῆς κ̃ παραμβανύτης, repositum est c̃ οὐλωῆς κ̃
παραμβανύτης. Non repetam quæ de hoc dramate
magnus Casaubonus cap. 20. lib. 4. animaduers.
in Athen. nos docuit, nec conuasabo quæ de hoc
loquendi modo οὐλωῆς κ̃ παραμβανύτης, & ἡδὲ παρα-
μβανύτης, in lib. emendat. annotauit Paulus Leo-
pardus vir accuratissimus & diligentissimus. Hoc
tantum dicam, maxime notanda esse hæc verba au-

etoris nostri, ὅτι ὁ ὠχευρίαζον οἱ Δημόκριτοι δὲ τοῖς Αἰ-
 τοφάνε (quidam exarati manu ὠχευρίαζον habent
 quod idem ferme est,) nam ius oppignerandi quæ
 ad Rempublicam pertinerent eos magistratus ha-
 buisse pauci sunt qui sciant. Nos de his diligentius
 in lectionibus, ut & de multis aliis quæ procedente
 opere prætermittere cogemur, ob temporis angu-
 stias quibus premimur, & notarum breuitatem cui
 nos adstrinximus.

Pag. 79. l. 3. Discrimen constituunt ventosi Grā-
 matici inter δημόκλειον, δημόσιον, δῆμιον, & βασίλειον.
 Pollux δημόκλειον vult esse eum qui præerat ὀρύγματι,
 vel qui ἐν ὀρύγματι puniebat fontes, ὀρυγμα enim
 locus erat Athenis, in quo καθέργῃ ἐκολλάζοντο ut
 loquitur auctor noster, qui hic δημόκλειον vult esse δη-
 μόσιον βασίλειον, quo sensu accipitur apud Isocrat.
 ἐν περὶ ζήτητικῷ, & apud Antiphontem ἐν κατηγορίᾳ
 φαρμακίας καὶ τῆς μητρικῆς, quo loco ait τὰς γὰρ δὴ δημο-
 κλείας ἔρχομεθα πρὸς ἑδδῆν. Ibi enim δημοκλείας est δημο-
 σία βασίλειη. Δημόκλειος etiam aliquando πόρτος signi-
 ficat teste Hesychio, ut δημόσιον pars illa fornicarum
 quæ nominari non debet, ex Antipatro, ob quam
 causam forte scorta & meretrices δημίαι dictæ fue-
 re, nisi dicamus sic dictas quod prope portas urbis
 publicas manerent. Δημόσιος proprie publicus tortor
 est quem Galli vocant le bourreau. Dio Chrysost.
 edit. ultimæ, pag. 348. Ἄλλ' ὅτε ἀπ' ὑμῶν (ἄνδρες Ρό-
 διοι) τοῖσιν οὐδὲν ὑποκίνατε, καὶ οἷς νόμοις ἔβη. Ὁ δὲ δημό-
 σιον μηδὲ ποτε εἰσελθεῖν πλὴν πόλιν, quod valde obseruan-
 dum censeo, nam hic δημόσιος publicus tortor est,

quem lex Rhodiorum non sinebat in ciuitatem ingredi. βασιμῆς, βασιμίας, βασιμίζω & βασιμοί forsan aliò pertinent, nam non de tormentis dicuntur tantum, sed & de iudiciis & probationibus. Vide supra voces βασιμος & βασιμίας. Aliud significat δήμος ex Herodiano, is siquidem qui ad mortem ducit, δήμος est. Consule quæ ad hanc vocem notauit eruditissimus Pet. Nunnescius in notis ad Phrynic. Eclog. & Herod. excerpt.

Pag. 79. l. 9. Seruorum alij publici, alij priuati. Publicorum (qui & vulgares dicuntur, & publicorum ministeria ex Labcone,) alij Ciuitatum & Prouinciarum, alij Municipiorum, alij Collegiorum, Decuriarum, Fisci, Societatum, Fanorum, Curiarum, & tandem corporum, de quibus omnibus leges 25. de Acquirenda hæreditate, & 10. de in ius vocando. D. Varro lib. 4. de lingua Latina, & Terentius sæpissime loquuti sunt. Publici serui ciuitatum illi sunt, qui Athenarum, aut Romæ serui dicuntur, licet peculiariter hi serui Populi Romani vocarentur, ad distinctionem illorum qui ad ciuitates pertinebant. In iure vt apud Vlpian. in regulis. tit. 20. Seruus publicus Populi Romani (sic enim legendum monuit magnus interpres) dicitur ad discrimen seruorum qui priuatorum aut ciuitatum erant, quod illa verba. *Parte dimidia faciendi testamenti habet ius.* Apertissime docent, nam hoc priuilegio utebatur seruus publicus populi Romani, vt parte dimidia testamentum condere posset, quod nulli seruo licitum erat, nec publico ciuitatum, nec priuato. Non

tantum autem seruos publicos ciuitates habebant, sed & prouinciæ, vt Gallia. Vetus inscriptio. *Dis manib. Attico 111. prouinciarum Galliarum seruo. C. Lucinius Ianuarius, &c.* Erant igitur hi omnes serui publici *δημόσιοι* ab Atticis dicti, vt hic animaduertit Harporation ex Demosthene & Æschine, Calonem Glossæ veteres *δδδδδδ δημόσιον* esse volunt, vnde quicumque publico cuidam ministerio addictus erat, seruus publicus censebatur, quales viatores, lictores, scribæ, limocincti, sacrorum curatores, calatores, his enim potissimum ministeriis addicebantur serui publici ære publico empti, ad hoc vel vt publicam pecuniam à debitoribus exigere, l. 19. de compensat. vel custodias adseruarent, teste Plinio lib. 10. epist. 70. Vel vt aliquando ciuibus priuatim seruirent, nempe vt stipularentur pro his qui perse propter ætatem stipulari non poterant, *quod in rem suam esset*, nec per liberum hominem. l. 3. in fine. D. de postliminio reuersis. l. non aliter. D. de adoptionibus. l. 2. rem pupilli saluam fore. Vide omnino Vlpianum in Olynth. 2. Demosth. quo loci vocem hanc *δημόσιος* interpretatur. Vide & clarissimum Cuiacium in paratit. ad Cod. l. 7. tit. 9.

Pag. 79. l. 13. Differentiam horum sacrorum pete ab Hesychio.

Pag. 79. l. 16. & 19. Vocem hanc *δημοτῶν δόμος*, ex manuscripto Cod. Fed. Morelli addidimus, vt & quæ sequuntur *Δημοφάνης, ὅτι οὐκ ἐχέον*, quæ desiderabantur plane in omnibus excusis. Demophanes hic (vt opinor) ille est, contra quem orauerat Isæus,

Isæus, aduersus eum enim & aduersus Elpagorum orationem habuisse rhetorem illum testatur auctor noster multis in locis huius operis; sed aliquando peruerse pro Δημοφάτοις excusum inueniebatur Δημοδένους, vt infra voce δῖγμα μετεμδύη ημίερα.

Pag. 80. l. 20. Ordo alphabeticus hic à nobis seruatus est, itaque omnia in natium ordinem sunt restituta.

Pag. 81. l. 8. Ita dispositio, & disponere dicunt Latini. Vlpianus in l. hæres. §. proinde. D. de iudiciis. *Et si merces vendidit certo loci, vel disposuit, vel comparauit.* Vbi disponere ferme idem est quod vendere. Vlpianus ad Olynth. 2. ἀφθῆσαι per πωλῆσαι interpretatur, & sane optima ratione, disponere enim merces, est eas venum exponere, quod quid aliud sit quam vendere non video. Vnde ἀφθῆσις eleganter apud oratores aliquando πωλῆσιν significat. Verba Vlpiani hæc sunt ἀφθῆσαι, πωλῆσαι. ἢ λέξις καὶ κτῆρ' Ἰσχυροῦται ὡς τὰ Βυσσίδι, ὅταν λέγῃ τίς ἀφθῆσιν. Eundem hunc locum attigit auctor noster.

Pag. 81. l. 17. Male disiuncta erat hæc vox ἀφθῆσαι à superioribus.

Pag. 81. l. 19. Quæ de arbitris erudite hic tractat Harpocraton pessime subiecta erant voci ἀφμαρτυρία. Nos primi quæ ab hac voce διατητῆς in præcedentibus editionibus legebantur vsque ad hæc verba Αἰτωρίων πολιτῶν distinximus, & ante vocem ipsam ἀφμαρτυρία reposuimus vocabulum Διατητῶν in pluratiuo singulari. Cæterum de arbitris plura in lectionibus nostris, vbi quæ de iisdem ab-

auctore nostro hic dicuntur censura Critica examinauimus.

Pag.82.l.10.12. Antiphó oratione secúda de veritate, voce *Διγ'τασις* vsus est pro *διγ'κόμησις*. i. pro ordine & dispositione. Hoc certú est: Cur igitur in alia oratione *ὡς μεταστάσις*, *διγ'τήσαι* dixerit pro *διγ'παράξαι*, idest conturbasse, mirum profecto videri debet. Nam eiusdem vocis plane contrarius sensus, & omnino contraria interpretatio hinc elicitur: quod vel ex eo valde notatu dignum videri debet. Sciendum vero Codicem Vaticanum hic pro *διγ'τήσαι* habere *Διγ'σισαι*, quod minus rectum est, aliam enim lectionem confirmat Suidas. Porro Menandri fragmentum, quod hic ab auctore subiungitur, neque cœlum, neque terram tangit, & lacerum ac mácum vndiquáque est. Primo pedibus non stat suis Iambus, nec quid sibi velit portentum hoc vocis *χρησθῶν*, vllus sanæ mentis intelliget. Membranæ *χρησθῶν* habent, vel *πηρσθῶν*. Coniiciebamus nos *χρησθῶν* illud nomen esse debere populi cuiusdam Attici, & quia inauditum videbatur hoc portentum vocabuli, restituere tentabamus *Περρσθῶν*, sed omnia illa futilia tandem visa sunt, subleste fidei, & in metri leges peccantia. Tandem audacter & confidenter acquieuius coniecturæ, quæ nobis suborta est, dum operæ ipsæ procederent, restitui-
mus igitur

Μένανδρος Χήρα

Βοῶν ποιίτω πλεὶς πόλιν διγ'στατῶν.

Menandrum Χήρας, idest viduam composuisse ex

Athenæo, Stobæo, & aliis didici. Sed iam non occurrit commodum locus quo id confirmare valeam. Sufficiat hæc indicasse, & locum hunc obscurissimum à tenebris vindicasse, ne mutata quidem syllaba.

Pag. 82. l. 14. Ab hac voce ἀφ' ἧς, vsque ad illam διδάσκαλος, confusiones omnes sustulimus, & ordinem alphabeticum sequuti sumus. Præcedentes editiones omnia hæc inordinata retinuerant, ita ut suum nulla ferme ex his vocibus locum haberet.

Pag. 82. l. vlt. & pag. 83. l. 12. 13. Nihil aliud est *ἡ μετρημένη ἡμέρα* quam *κλεψύδρα* vno verbo, ad quam magnæ lites & causæ olim agitabantur. Diuidebatur autem in tres partes aqua illa fluens, vna actori, alia reo, tertia iudicibus præbebatur: vnde cum actoris vel rei pars effluerat, clamare solebant *effluxit aqua*, vel iudex qui prope adstabat, oratorem percutiebat virga, quasi cum moneret de elapso temporis spatio, quod ei datum fuerat ad orandum, nec ultra progredi poterat, sed cogebatur locum cedere aduersario. Hinc vas illud in quo aqua reponnebatur ad effluendum, & tempus metiendum, apposite ἀράγκη dictum fuit, Hesych. ἀράγκη. ἡ διαστικὴ κλεψύδρα. Pollux lib. 8. ἔνιοι δ' αἰστανται ἔκ ἀράγκης πῶς ἐστὶ διαστικὸν εἰπότες Αἰσποφάνους.

Οὐκ ἔστι γὰρ ἡμεῖς τὰ ψήφισματα

Καὶ πλεὺς ἀράγκης ἐς κώπας ἐστρωθή.

Anance hic vas est quod Clepsydrum alias vocabant, Anancæum forte Plauto in Rudente. Nec

est quod quis dicat ἀνὰ κλυ potius fuisse ex Platone in Theæt. scriptum aut tabulas quasdam, in quibus actionis formula continebatur, à qua digredi non licebat actori, per aduersarium. Nam αἰάγκη apud Platonem semper necessitatem simpliciter importat, & in Theæt. & aliis dialogis: & proprie subscriptio illa, vel tabulæ quæ actionis formulam continebant à qua non licebat recedere, nec latius diuagari, ὑπογραφή, vel ἀνταρυσία vocabantur, ex eodem Platone, quod litigaturi aut dicturi quasi quodam iuramento se obstringerent. Sit igitur illud verum appositissime & maxime ad rem clepsydræ illam fluentem ad quam antiquitus orabant, dicta fuisse αἰάγκη, quod simulac definitum temporis spatium elapsum erat, cogeretur actor vel reus tacere & aduersario cedere locum. Nec est ignorandum maximas tantum lites & causas ad clepsydrā, aut (vt loqueretur auctor noster) πρὸς μεμετημένῳ ἡμέρῳ agitas fuisse. In minoribus iudiciis nulla aquæ mensura utebantur, nec tam religiosi erant temporis obseruatores. Et ita forte intelligenda quæ hic ab auctore nostro dicuntur σκεπήειν δὲ πρὸ Ἰσάω εἰ τὰς κατ' Ἐλπαζέου δὲ Δημοφάου (male erat Δημοθέου) πῶς (melius habet Suidas ὅς) μεμετημένης τῆς ἡμέρας, ὅτε μὲν φάσι. (Suidas rectius φησί) χωρὶς ὕδατος γίνεσθαι τοῖς ἀγῶνας, ὅτι δὲ πρὸς ὕδωρ. Si exstaret illa Isæi oratio, conaremur forsan ex eius verbis quandam sententiam elicere, & dubium quod hic mouere videtur Harpocraton, dissolvere, sed quid aliud possumus ab omnibus præsiidiis

destituti, & collectaneis nostris tantum adiuti, in his tenebris, quàm hæc acutioribus, & qui maiori otio quàm nos potiuntur, discutienda relinquere? Meminerit tamen quisquis ille erit qui in hoc laborabit, hinc intelligenda esse quæ infra ad vocem *κακώσις* in fine, ex Cod. Fed. Morelli addidimus. *ὡς ὁ καὶ αἰὲν ὕδατος*. Deerant hæc in aliis editionibus. Codex bonæ notæ Fed. Morelli ea agnouit vt legitima, vt certe sunt, nam causarum vel actionum aliæ erant quas ad aquæ mensuram siue *καὶ ὑδρῶν* introducebant, aliæ vero quæ sine aqua intentabantur. *δίκη κακώσις* sine aqua erat, hoc est, cum quis agebat *κακώσις* *δίκη* non *πρὸς μεμετημένῳ ἡμίρῳ* agebat. Hæc mens Harpocratonis & forsan hinc aliquid lucis quæ ex Isææ supra relata fuere acceptura sunt, si hæc attentius considerare velimus.

Pag. 83. l. 19. Quæ hic de nouo accessere deerant in excusis omnibus: optime exarati, & maxime ille quo vsu sumus beneficio Fed. Morelli, post vocem *δικαστήριον*, habuit *ἔξω τῶν βυλομένων ἀφ' ἑμαυτοῦ ὡς εἰσαγωγῆς ἔστιν ἡ δίκη*. Suidas eadem etiam repetiit.

Pag. 85. l. vlt. Si pleniorẽ horum verborum enarrationem desideres, adi ad cap. 7. l. 6. animaduers. in Athen. in quo multa de didascalis, didasca-liis, & didascalicis, eorumque auctoribus, non tantum eruditionis profundæ, sed & inquisitionis remotæ prodidit columen illud litterarum Isaacus Casaubonus Galliæ nostræ clarum iubar. Adde etiam quæ nuper adnotauit vir comptissimi ingenij,

& non vulgaris eruditionis Iosias Mercerus ad Nónium Marcel. cap. de honestis & noue vet. dictis voce *redhōstī*.

Pag. 86. l. 12. 14. 16. Non tantum de circuitoribus aut *συνωστῶσι*, qui tympano probabant, an vigiles & qui excubias pro custodia ciuitatum agebant, dormirent, καὶ δὴν dicitur, vt hic videtur indicare Harpocraton ex Euripide in Palamede, quod etiam Demetrius quidam docuerat, aut de his qui *μαχίμοι ὀρτυγας* probabant tympani sono ex Aristarcho. Sed & de equorum probatoribus, qui tympano etiam eos ἔπει ἐδοκίμαζον εἰ ψοφώδης εἴη, ἢ εἰ ἰσχυροὶ ὑπομάρει δυνάμει, μήπω εἰ πολέμοις εἰς κίνδυνον, ὑπὸ αὐτῶν ἐμβληθῆεν. Et de vasculis σαδρεῖς, quia ea *δρακόνες* probabant, debilia enim & detrita vasa propulsando probare solebant. & de numismatis. Aptius & conuenientius de equis & vasculis, vt me docuit Græcus Magister apud Aristoph. in Ranis, reliquæ enim metaphoræ perfunctoriæ sunt & inelegantes, licet vna aut altera illarum ab auctore nostro probata fuerit. Igitur quod est in equis & vasis καὶ δὴν, idem est in venalitiis vti lapide Gagate, nam hoc incenso antiquitus utebantur ad explorandam venalitiarum valetudinem, testis Apuleius in Apologia. *Quod si magnum putarem caducum deicere, quid opus carmine fuit? cum incensus Gagates lapis (vt apud Physicos lego) pulchre & facile hunc morbum exploret, cuius odore etiam in venalitiis vulgo sanitatem aut morbum venalium experiuntur.* δοκιμάζει, ἔξετάζει experiri & explorare est. Vide Nicand. Ther. & eius interpretem.

Pag. 86. l. 20. 21. Fors fuit legendum Τηλεκλειδης ἐν τοῖς Πρυτανεύσει, non enim Πρυτανεύσει, sed Πρυτανεύεις fabulam composuisse Teleclidem Comicum auctores sunt Pollux l. 7. cap. 3. Athenæus lib. 9. & 11. & Suidas in Τηλεκλείδης.

Pag. 88. l. 12. Vox δῶπος sine iudicio diuulsa erat à præcedente διοπρίων, nam à διοπρίων δῶπος dixere, quasi τοῦ ἐπιπλοῦντος. Attica vox hæc est quam reulerat Aristophanes ἐν Αἰχμῆς λέξεις, vsus Æschylus in Sisypho. Euripid. in Hippolyto. Consulendus Erotianus. Alij Græci δῶποι vocabāt ἐπιπλοῦν.

Pag. 88. l. ult. Male cohærebat vox δοκιμασθῆς cum voce διωμοσία. Nos primi terminos posuimus in istis agris.

Pag. 89. l. 16. Cauene hæc ad donationem simplicem, aut traditionem traducas. δῶσις apud rhetores vulgo quidem & communiter munus vel donationem significat. At proprie tabulas testamenti quibus quis instituitur hæres. Itaut ἀφ' ἡκῆ & δῶσις nihil differant. Isæus ἐν κληρικῶς λόγοις qui nobis supersunt, coniunctiue semper ἀφ' ἡκῆ & δῶσις dixit, & καὶ δῶσις καὶ καὶ ἀφ' ἡκῆ succedere, quæ semper opponuntur successioni καὶ ἡκῆς. Hæc ab intestato erat, altera ex testamento. Proprie igitur δῶσις apud rhetores tabulæ testamenti sunt, in quibus quis quæ sua sunt, alteri dat ἀφ' ἡκῆ ἀρχόντων, (nam in textu sic legendum ὅτι πῶς ἐν αὐτῇ διδοῖ ἡ ἀφ' ἡκῆ ἀρχόντων.) Magistratus non alia de causa interveniebat, quàm vel ut testamenti tabulas solueret & infringeret, vel eas confirmaret & stabiliret præ-

sentia sua, ad maiorem enim cautelam obituri con-
 uocandum eum curabant, vt δόσης, vel δωρεάς, quas
 ante mortem faciebant confirmarent. Hoc didici
 ex orat. Isæi de Cleonymi hæreditate. In qua no-
 minatim refertur Cleonymum testatorem ante
 mortem magistratus vocandos curasse, ad confir-
 mandas & stabiliendas tabulas testamenti, *δραγήτας*,
δόσης, *δωρεάς*, quibus, quæ sua erant, neglectis & præ-
 teritis parentibus & agnatis, extraneis dabat. Imò
 ex ea oratione colligo *Αγυρόμω* vocari solitū fuisse
 ad δόσιων confirmationes, *πρός τῶν ὅτοις* (ait Isæus)
ὡς Ποσιδίππων ἐπέμψεν ἔπει τῷ Αἰνιόμω, ὅπως δὲ οὐ μόνον
αὐτὸν οὐκ εἰσέχάλεον, ἀλλὰ καὶ ἐλθόντα ἕταί πλεὺς θύραμ Αρ-
χωιδίω ἀπέπεμψεν. Rursus agens de conuocatione
 Magistratuum ad confirmandas δόσης, *ἰχυρίζονται ὅ*
ταῖς δραγήταις λέγοντες, ὡς Κλεώνυμος μετεπέμπετο πλεὺς
ἄρχων, οὐ λῶσαι βυλόμηνος αὐτῶν, ἀλλ' ἐπαμνησθῶσαι καὶ
βεβαιώσαι σφίσι αὐταῖς πλεὺς δωρεάν. Nihil spissum &
 frequens magis in orationibus eiusdem rhetoris,
 quàm magistratuum illæ conuocationes, de qui-
 bus semper agit cum de controuersis hæreditatum
 inter successores καὶ γένος, & hæredes καὶ δόσι, *δω-*
ρεάν, ἢ δραγήταις tractat. Audi eum in orat. de Pyrrhi
 hæredit. *ἀλλὰ καὶ ἡμφοισθήτησι δὴ τῶ κλήρου, καὶ διημαρ-*
τόρησε, καὶ εἰσήγαγεν δὴ πρὸς τοὺς ἀρχόντας. καὶ ἄλλο εἶπ
ὡς ἰχυρότερον ὅτων ἀπάντα δὴ διεπράξατο. Merito
 igitur dixit Harpocratio ὅταν τις τῶ αὐτῶ διδῷ πῃ
ἀφ' ἧς ἀρχόντων, quia ad maiorem cautelam & ta-
 bularum confirmationem ac ratihabitionem ma-
 gistratus conuocari solebat. Sed de his plura dicturi
 sumus

sumus in obseruationibus nostris ad orationes rhetorum quæ supersunt, maxime ad illas Isæi in quibus de Cleonymi & Pyrrhi hæreditatibus agitur.

Pag. 90. l. 1. *Δεγγίλων* scribendum est, vel melius *Δεγγίλων*, ut quidam Codices habet, Suidas *Δεγγύλων* scribit, & cum nostro Thraciæ locum esse asseuerat. Stephanus contra *Δεγγίλων* habet, & Thessaliæ non Thraciæ locum esse contendit, ex Theopom. Philippic. rerum nono. Sed hæc non tanti sunt ut diutius in eis immorari debeamus.

Pag. 90. l. 3. Male hodie apud Æschinem orat. de falsa legatione. (Hanc enim laudare voluit cum de hac voce *δρομηήρυκες* egit auctor noster) legitur *δημηήρυκες*. Verba Æschinis ita habent. *οι δ' Φαλαγγου τῷ Φωκίαν Τυραίνῃς δημηήρυκες*. Harpocraton melius *δρομηήρυκες*, alias *ἡμεροδρόμοι* dicti, vel *οι ἀγχαλιαφόροι* Dioni. Hunc errorem iamdiu deprehendit eruditissimus Lambinus in commentariis ad Æmyl. Probum.

Pag. 90. l. 7. Aristotelis *διχαώματα* laudat etiam Diogenes Laërtius.

Pag. 90. l. 10. Nulla est ciuitas nec oppidum quæ in Epiro, quæ in Thracia, quæ in Lycia, quæ vocata fuerit *Δείσων*. Ciuitas Thraciæ de qua loquutus est Demosthenes in orat. contra Aristocratem, vere dicta est *Δρῆς*, ut & alia quæ in continente. Hoc nos aperte docent Stephanus & Suidas. Ita igitur nos restituimus contra fidem exemplarium, & omnium excusorum. Sed præterea nec illud præmittendum duximus, in Vaticano Codice pro *Θεί-*

πομπος ὡς εἶχεν πύμνη, exaratum esse εἶχεν γ'. Id-
est 26. lib.

Pag. 90. l. 16. Quidam Codices Ἰσοκράτης ha-
bent, alij vero Ἰπποκράτης, vt excusi omnes. Ego
malletm Ἰσοκράτης, quamvis certus non sim vtrum
Hococrates hac voce vsus sit. Nam si verum est Hip-
pocratem eam vsurpasse, δυσήνιος non δυσάνιος scri-
bendum erat. Erotianus δυσήνιος. δυσθύμως καὶ δυσπό-
λως καὶ ἀνίας φερούσης. Ita etiam Galenus in Glossis.
Certe Antiphontem δυσάνιος dixisse luculentus te-
stis est Suidas, potuit ergo & idem vsurpare Iso-
crates.

Pag. 90. l. 19. & 20. Sextum παραδουιδύων Ascle-
piadis inueni etiam laudatum apud Suidam voce
ῥησίαρχος, sed eius verba integra non sunt. Ita scribe
cum nobis ῥησίαρχος. ὃς ἐρέει καὶ ἴστωρα πρὸς Ἐπιχάρ-
μον, ἥτοι πρὸς τὴν ῥήσιν εἰρηκεῖ, ἢ ὡς Ασκληπιείδης ὡς
ἐκτεν παραδουιδύων, ἀεισιν αὐτοῖς γαργονέται ἀλήγηδον εἰπὼν.
ἐγγύετο δὲ καὶ ἑτέρως. Mutuatus est hac Suidas ab He-
sychio.

Pag. 91. l. 21. Vt θεωρεσία ita & vno verbo θεωρ-
γραφή dici potest, at omnes Harpocratonis Codi-
ces distincte θεωρὼν γραφή habuere, quam lectionem
nos retinuimus.

Pag. 92. l. 11. 16. μνημονικὸν est hoc ἀμάρτημα Har-
pocratonis, non enim in nono de historia anima-
lium, sed in septimo cap. 12. ita loquutus est Aristot-
eles. καὶ πλεῖστα δ' ἀνιχνεύεται παρὰ τῆς ἐβδόμης, διὸ καὶ καὶ
διόματα γὰρ τίθενται, ὡς πειθύνοντες ἤδη τῇ σωτηρίᾳ. Hac
fuit opinio summi illius Philosophi, vt pueris olim

nomina imponere solitos veteres crediderit septimo die, quem *ἑβδομῆναι* vocabant, vnde *ἑβδομέναια* celebrare diem septimum, quo nomen imponebatur. Eiusdem sententiæ fuit Lysias rhetor, qui in illa oratione contra Eteoclem de pecunia, nisi spuria ea sit, die septimo imposita pueris fuisse nomina ab antiquis retulerat. Sed aliam plane opinionem amplexi sunt quidam alij rhetores & auctores non parui nominis. Decimo enim die celebrata fuisse puerorum nominalia ex eorum testimoniis probari potest. Isæus multis in locis, maxime in orat. de Pyrrhi hæreditate pag. 41. edit. Henric. Steph. *Φίλιππον ὄνομα ἐστὶ ἐγγράφατο τῇ γυναικί, οἱ δὲ τῷ Πύρρῳ θύοι ἐν τῇ δεκάτῃ φάσκοις πῶτα θύεσθαι, ὅ τῆς τῆς ὄνομα Κλεοπαρέτιον ὅτι πατέρας ἐμαρτύρησάν θύεσθαι αὐτῇ.* Vide integram orationem, nam elegantissima est, & hanc opinionem valde confirmat. Comicus in auihus *ἐς δεκάτιον γὰρ ποτε παιδαρεῖς κληθεῖς*, idest ad celebrationem diei decimæ. Vetus enarrator ad illa consulendus, qui etiam verba Aristotelis attigit. Euripides *ἐν Αἰγεί* apud illum.

Τίς σε μήτηρ ἐν δεκάτῃ τέκον ὀνόμασεν.

Quod fragmentum ego ex Clement. Alexandrin. Stromat. 6. ita ampliaui.

Ποῖα μὲν σε φάσκει γὰρ ἐκλελοιπότα

Πολυξενόσθαι; γῆ δὲ τίς; πάντας δὲ ὄρες;

Τίς ἔστι ἐ φύσας τῷ κακῶς πατρὶ;

Τίς σε μήτηρ ἐν δεκάτῃ τέκον ὀνόμασεν;

Demosthenes orat. aduersus Boeotum, *ἀλλὰ καὶ τὴν δεκάτιον ἐμὲ πικρὴν ὀνόμα τὴν ἔχον.* Vnde ποῖόντα δὲ

ἐστῶσα δικάτω, de quibus omnino consule Suidam. Sed caue ne cum illo hæc cum voce δικάτω confundas. Multa viri docti de lustrico die, de nominalibus, amphidromiis, & δικάτης καὶ ἐβδόμης celebratione. Nullus adhuc quod sciam distincte separauit lustricum diem ab amphidromiis, & amphidromia à nominalibus, imò hos omnes ritus indiscriminatum fere quilibet doctus confudit sine ratione.

Pag. 92. l. vlt. Hæc habet auctor noster ex Athenæo lib. 5. dipnosoph. in quo sæpius, vt & in aliis, auctores hi Callixenus in libris de Alexandria, & Daimachus Platæensis in lib. de India laudantur. Ceterum ἐστῶσα Atticorum priscorum, incitega est veterum Romanorum, vt iam pridem animaduertit Scaliger ad Festum. Inde in Glossis ἐστῶσα inceteria voce leuiter detorta ab incitega, Auctores non ita antiqui incitegam vocarunt repositorium, vt Plin. lib. 18. Petronius. Vlpianus in l. 19. §. 10. D. de auro & argento legato. Sed cui vasa sint legata: non solum ea continentur quæ aliquid in se recipiant edendi bibendique causa paratum, sed & quæ aliquid sustineant, & ideo scutellas vel promulsidaria contineri: repositoria quoque continebuntur. Iauolenus Iurisconsultus in l. 100. D. de legat. 3. vasa illa vel machinas ligneas quibus amphoræ sustinentur, βάσις vocare videtur.

Pag. 94. Veteres Attici, quam Iurisconsulti nostri in Pandectis actionem ad exhibendum vocant, eis ἐμφανὴς κατὰ τὴν dixere. Auctores Basilicorum ἀποκαταστήσει ἀγῶνι aliquando, vt in l. 18. D. ad exhibendum, aliquando ἀδείσει, quod

verbis sit exhibitoria, effectu vero plane restitutoria l. 9. §. quantum D. ad exhibendum. l. 3. §. si mecum. l. 5. §. idem Iulianus, & §. ult. l. 7. §. item municipes & sequent. cod. tit. Aduerte vero ad ea quæ ex Aristotele refert Harpocratio. l. 3. pag. 95. competiisse hanc actionem *πρὸς τοὺς Ἀρχόντας*, eamque introduxisse in iudicium *τοὺς ἀναγκάσιοντας*, nam nemo quod sciam hoc adhuc animaduertit. In lectionibus nostris serio hac examinabimus, ut & varios oratorum locos, in quibus hætenus hæsit aqua.

Pag. 95. l. 8. Iam sæpius diximus vere inscribi debere, hanc orationem Isæi *πρὸς ὀρχαίνας*.

Pag. 95. l. 12. Codex Vaticanus habet *Δημοσθένος ἐν τῇ Φιλιστικῇ*.

Pag. 95. l. 14. Solus Hesychius nos monuit *καλιστρί*, vel *καλλιστρί* significare *καλῶς*, hoc est vocare. Harpocratio explicationem non affert, hoc tantum ait, vocem hanc Ionicam esse, eaque vsos esse Demosthenem & Dinarchum, quem etiã externa vsurpasse vocabula vult. Ergo hi duo oratores Demosthenes & Dinarchus non semper Attice loquuti sunt, nam Ionicæ voces externæ sunt Atticis, ut ex verbis auctoris nostri recte colligitur.

Pag. 96. l. 4. *Εκείτμος* restituimus, ut optime est infra voce *ἐπίταβμος* & *Ισρίδα*. Vide Isocrat. in Panegyrico.

Pag. 96. l. 5. 9. De templis, altaribus, domibus *ἐκατομπίδης*, & de numeri centenarij religionem in sacris, multa viri docti iamdiu obseruarunt, nec vllus est cui non sit iam dictus ille Hylas. l. 9. *Μενεχρῆς*

ἢ Καλλίστατος scripsimus, quia ita appellabantur auctores illi, qui τὰ πρὸς Ἀθηνᾶν συγγραμματα descripserant. (Sic enim restituendam puto epigraphem operis quod composuerant, hic & infra vocibus ἐρμῇ, & Κερταμῖνος.)

Pag. 96. l. 14. Ex membranis hæc addidimus. Δημοδότης ὑπὸ Κτησφάνους, & vocem λεγόντα quæ hic desiderabatur. Quæ vero hic laudatur quinta Philippica oratio de pace est, quam vir doctissimus Andræas Schottus cum Dionys. Halicarnass. sextam fecit, in his quæ nuper ad Demosth. emisit. Nos è contra ex hoc auctoris nostri loco, & aliis quamplurimis quintam esse asserimus, in quam etiam sententiam pedibus iuit eruditissimus Lambinus.

Pag. 97. l. 15. Membranæ habent ἡκουσ, quam lectionem confirmat etiam Suidas.

Pag. 98. l. 14. Quidam Codices ἐκ παραγωγῆς habent vt Suidas, & οἰχομένη pro οὐχ ἑλκύνει. Porro à voce hac ἐκ παραγωγῆς, vsque ad illam ἐπακτῶν, immanis erat luxatio paginarum: Imò omnia fere confusa inter se erāt nullo seruato ordine. Nos manuscriptorum seriem secuti sumus, & omnia in ordinem antiquum & pristinum coëgimus, vt apparebit primo intuitu.

Pag. 99. l. 5. Melius mea quidem sententia scriberetur per χ. Βύχη, vt supra eadem voce, si vera sit Etymologia quæ illic altata est, Buchetam nimirum sic dictam quod Themis ἐπιβοῶς ἔχουμένη in illam venisset.

Pag. 100. l. 21. De Hellenodicis vide diligenter

quæ in animaduersi. ad Euseb. Chron. Iosephus Scalliger obseruauit.

Pag. 101. l. 13. Hic pro *Αειστέλης* habent quidam Codices *Αεισφαίης*, quam lectionem etiam agnoscit Suidas.

Pag. 101. l. 21. Qui inestruas has actiones introducebant *ἐπαγωγῆς* dicebantur. Pollux lib. 8. cap. 18.

Pag. 105. l. 1. Vide infra *ᾠδὴν*.

Pag. 105. l. 5. Iudicium hoc siue tribunal vere dicebatur *ὁ Φρεάθιοι*, vt excudendum curauimus, male & mendose omnino præcedentes editiones *ὁ Φρεάτου* habebant. Sic infra voce *Εφέται* pro *ὁ Φρεάτης* restituendum *ὁ Φρεάθιοι*, male enim habet etiā Suidas *ὁ Φρέαπ*. Corruptissimum est hoc iudicii nomen apud omnes ferme auctores classici. Quæ vero hic de eo referuntur ab Harpocracione, mendis infinitis scatebant, quæ ad vnum deterfa fuere.

Pag. 107. l. 9. Legendum *πρὸς Κίρωνος κλήρου*, vt supra voce *εἰς ἔω*, vbi male etiam *ἥρωος* est, exstat adhuc hæc oratio. At, qui ab oratoribus *ῥηγητῆς*, vel *ῥηγηταί* dicuntur, Iurisconsulti nostri sunt. Ita Plato in Eutyphrone.

Pag. 107. l. 20. Græci *ῥυγῆς δίκτω*, Romani interdicta *unde vi*, & de *vi armata* habebant. Porro quæ hic laudatur Dinarchi oratio sic inscribi debet *ἡ Κερωνιδῶν ῥυγδικασία*, legendum ergo *ὁ τῇ*.

Pag. 109. l. 10. 11. Hæc est opinio Harpocracionis. Aliter sentit Dionysius Halicarnass. *ὁ μεθόδοι πρὸς σφωτιστικῶν*. Illic enim paræneses ad dæmonicum Isocrati cuidā amico suo, & Echecratis tribuuntur.

Porro de Isocrate Apolloniate consule Suidam in *Ισοκράτης* & *Θεοδέκτης*, infra etiam voce *ῥήκλις* laudatur simpliciter Isocrates *ὡς παραγέσι*. Sed de his iam accurate dixerunt eruditissimi viri Muretus in lib. 1. emendar. cap. 1. & Henricus Stephanus diatrib. 2. ad Isocrat. orat. Quæ autem hic afferuntur iurisiurandi species tres *ἐπώμους* (sic enim legi debet non *ἀπώμους*) *κατώμους* & *ἐπακούς* non conveniunt tribus aliis quas vulgo afferunt Iurisperiti nostri ex Triboniano, nimirum iudiciali iurando, voluntario & necessario. Causas differentiarum & paritatis, si quæ sint, in lectionibus afferemus: Urget enim nos temporis brevitās.

Pag. 110. l. 1. Nominatiuos & accusatiuos Grammatici sæpius solent explicare per infinitivos, ut hic *ἐπιδραφορὰ* per *ἀναφέρειν*, & supra *ἀναφορὰ*, & *ἀποφορὰ*.

Pag. 110. l. 3. 4. Legebatur hic *ὡς ὁ παρ' ὧν* in aliis editionibus. Codex Vaticanus manifeste habuit *ὡς ὁ παρ' ἑξῆς*. Nos restituimus *ἐπὶ τῷ*, hic enim sensus. In oratione pro Ctesiphonte usus est Demosthenes voce *ἐπαγρόμους* pro *ἐπιδραπτόμους*. At in alia, (non dum incidi in illam orationem, de qua loqui voluit hic Harpocration, nam deest hic tantum nomen illius contra quem habita fuit,) in diuersa significatione eandem vocem *ἐπαγρόμους* usurpauit. Cum dixerit, *ἢ κερδέων δι' ἀπικρίαν ἐπαγρόμοις*, quæ verba si fortè occurrant inter legendum, facile restitui potest integra epigraphe orationis Demosthenicæ, cuius prima verba ita concepta sunt *παρ' ὧν*, &c.

Pag.

Pag. 110. l. 15. 19. Nemini magis nota sua domus, quam notus est omnibus doctis mos ille hastas efferendi & vertendi in funere. Seruius optime ad illa Virgil. (*Et versis Arcades armis*) *lugentum more*, inquit, *mucronem hasta non cuspidem contra terram tenentes*. Stat. Thebaid. 6.

-- *versis ducunt insignibus ipsi*

Graingena reges--

At vero Ister qui hic citatur, non in collectione vocum Atticarum (vt existimauere quidam eruditi viri) laudatur, sed in collectione rerum Atticarum, idest historiae Atticae libris. Quomodo Androtion & eiusdem historiae innumer alij auctores, quorum meminit hoc opere Harpocraton. Quod nobis recentibus, aperiunt satis quæ hic de Procrice & Cephalo ex eius libris referuntur.

Pag. 111. l. 17. 18. E Babyloniiis Comici allatum fragmentum ita restituiimus, non seruata tamen lege metri. Εἶσα ἔξω λυμβήσιν ἐπιβάτης ὡς ἔξοισιν ἐπιζυοῖ. Explicatur infra hæc vox ἐπιζυοῖ, laudaturque idem Comicus ἐὶ Οὐκείσιν. ἐπιβάτης & ἐπιζυοῖ pertinent ad rem nauticam.

Pag. 112. l. 11. Hæc amplius habuit Codex Fed. Morelli, quæ nos in lectionibus magna diligentia explicabimus vt elegantia nouæ huius lectionis omnibus ex æquo pateat.

Pag. 114. l. 13. Quantum nota sunt, & perspicua quæ viri doctissimi Carolus Sigonius in lib. de Repub. Athen. & Guilel. Budæus in comment. linguae Græcæ de discrimine harum vocum ἐπίδωσι, ἐπικλη-

εἰς, ἑπὶ τῶν αἰώνων, & ἑπὶ κληῖτης attulerunt. Tantum
 incognita sunt quæ de eisdem quidam ex veteribus
 prodiderunt, ἑπὶ κληῖτης enim apud Atticos fuisse pau-
 perem virginem, & ad incitas redactam (ut loque-
 retur Plautus) quam proprie Ἥσανδρον vocabant, nulli-
 bi dictum: si excipias auctorem hunc nostrum, qui
 infra voce Ἥπης ex Demosthene & Possidippo Co-
 mico docet ita se rem habere. Et vero quis unquam
 mortaliū diuinare potuit quid sibi vellet vetus Co-
 mici enarrator ad vespas, cum retulit quosdam an-
 tiquorum ἑπὶ κληῖτης vocasse ἑπὶ κληῖταις καὶ παῖδα
 χον? Primus hæc Florens Christianus vir vtriusque
 linguæ callētissimus exagitaui, sed tempus & ope-
 ram lusit, fassus est enim in notis ad illud drama, se
 neque quid Comici scholiastes vellet capere, nec
 etiam quid Cæl. Rhodig. cum ἑπὶ κληῖτης asserit fuisse
 dictam Mandam. Ad primum probabilia tantum
 afferam: ad secundum vera docebo. Non solus est
 enarrator vetus qui docuit ἑπὶ κληῖτης dictam ἑπὶ κλη-
 ταις, idem repetiit bonorum & malorum con-
 sarcinator Suidas, imò quod mirere magis Gram-
 maticorum χρηστικῶν Hefych. quid simile nos do-
 cet, cum ait ἑπὶ κληῖταις, ἑπὶ κληῖτης, quo in loco vereor
 ne potius legendum sit ἑπὶ κληῖταις, nam ordo al-
 phabeticus hoc omnino requirit. Sed quamuis ita
 legeretur non minus incerti essemus de deriuatio-
 ne huius portentosi vocabuli, cuius proprietatem
 & etymologiam acutioribus & diligentioribus
 Grammaticis disquirendam & dilineandam relin-
 quimus, ut de voce Μαῖδα quædam subiungamus.

Cæl. Rhodig. illaudato auctore, vt sæpius solet, ἑπικληθεῖ dictam fuisse etiam μάδων καὶ πατρῴων refert, quæ vox μάδων diu habuit exercitum magnum illum virum Florent. Christian. nos vno verbo monemus diffusæ virum illum lectionis hoc habere ex Eusthat. qui pag. 674. edit. Roman. nominatim asserit Atticos virgines illas, quas nos vulgo vocamus *des heritieres*, qualis illa Virgilij Lauinia virgo, dotalis dicta, ἑπικληθεῖς vocasse, alios vero Græcos μάδων καὶ πατρῴων.

Pag. 116. l. 3. De vocē hac ἑπικληρονομία Paulus Leopardus vir profundæ & altæ eruditionis in lib. emendat. iamdiu egit, & corruptissimū apud Ammonium Grammat. locum vbi de Diagora Melio mentio sanauit. Addimus ad ea nos serenissimæ Reipub. Venetæ procures & magnates hodie tale quippiam aduersus nebulones illos & facinorosos homines, quos lingua vernacula vocant (*gli banditi*) obseruandum præcipere. Hi enim prædonum qui sociorum amputata capita Reipub. offerre possunt, magna donantur argenti copia, in libertatem asseruntur, omnibûsque absoluntur criminibus, quibus erant nexi & obnoxij. Quod diuinum inuentū puniendorum quocumque locorum fuerint, scelerum hominum Xisto V. Pontifici Maximo debent.

Pag. 116. l. 14. 18. Quod proprie per ἑπὶ κόρης expriment oratores nostri, vulgares Græci per ἑπὶ γαστρός καὶ παπποῦ, quod Galli proprie dicunt *vn soufflet sur la ionc*. Id Atticistæ per καὶ κόρης enunciāt,

vt Lucianus , vnde apud Pfellum de dæmonibus, pro *ἡρώδης* restituendum *ἡρώδης* ex elegantissima coniectura præstantissimi Gauminij, cuius beneficio auctorem illum non hæctenus Græce excusum habemus : & breui Eumathij de amoribus Hysmenij & Hysmenes amoribus libros habiturifumus, magno quo pollet ingenij acumine versos, & notis eruditissimis illustratos. De Philino autem oratore qui hic laudatur, infra voce *Ἡρακλῆς* agemus, aduertetantum morem laudandi veteres auctores inusitatum, cum minus certi erant cuiusnam essent tractatus vel opera, quæ in medium adducebant, duos adiciebant auctores , quorum alteri Critici quidam , alteri vero alij eadem opera assignabant, nunquam enim in vendicandis fœtibus legitimis & assignandis libris, plures quam duo controuersiam mouebant. Vt hic Hyperides & Philinus in oratione contra Dorotheum laudantur, quia sine dubio , dubitabatur an illa oratio ad Hyperidem, an ad Philinum pertineret. Ita supra laudati sunt Meneclæ, aut Callistratus *ὁ τοῦ τοῦ Ἀδελφοῦ συγγραμμάτων*, quia *συγγραμματα* illa semel Meneclæ, alias vero Callistrato tribui solebant. Infra voce *ὁ πρῶτος* Plato aut Cantharus *ὁ Συμμαχία* citantur, quia drama illud *Συμμαχία* à quibusdam Criticis Platoni, ab aliis vero Cantharo assignabatur.

Pag. 117. l. 3. 5. Tres nobis hic commemorat Harpocration Epicrates, sed quæ de primo tantum retulit attingemus, ne cogamur repetere quæ iam in variis lectionum nostrarum capitibus peregrimus

Ait igitur ex Iſæo, quemdam Athenis fuiſſe Epicratem demagogum, Ephorum cognominatum, habent enim præcedentes editiones ὁ καὶ Εφῶρος ἐπικρατοῦρος, ſed nos ex duabus vocibus καὶ Εφῶρος fecimus elegantiffime, ni fallimur, Σακισφόρος. Suidas quidem & Etymologus priorem lectionem confirmant, & Εφῶρος cū auctore noſtro legunt. At, quod præſciñe dictum ſit, nemo adhuc vidit corruptos eſſe omnes hos auctores. Cur enim Ephorus cognominatus fuiſſet Epicrates, & ob quam cauſam? Hic credo obmuteſcent veterum monumenta, præterea vox Εφῶρος proprie ad Lacedæmonios pertinet, loquimur autem nos hic de Athenienſibus: Sine vlla igitur dubitatione hic legendum nobiſcū Σακισφόρος. Vocatus autem ita fuit Epicrates à magna quam alebat barba, ob quam à Comicis traducebatur & irridebatur. Plato Comicus,

Ἀναξ Ἰωνίης Ἐπικράτης σακισφόρε.

Comicus in Concionantibus,

Κ' ἄγωγα Ἐπικράτης οὐκ ὀλίγα καλλίονα.

Ad quæ vetus enarrator erudite. οὐπὲς εἰς δαούτητι καμωδίτη, ὡς ὃ ῥήτωρ καὶ δημαγωγὸς ἔπος μέγα πᾶντα ἔχει, ἐπικράτης Σακισφόρος. Ex quibus quis non videt apud illos omnes auctores pro Εφῶρος legendum Σακισφόρος. Certe Suidam magis miror hoc mendum retinuiſſe, quod integra enarratoris Ariſtophanici verba habeat, & maxime vocem illam Σακισφόρος, ſed mirari deſino, cum eum in collectione ſua nihil niſi aduentitium, & hinc inde decerptum, ſine delectu complecti cottidie deprehendo. Ve-

rum ne emanfores simus, imò potius multos parientes de vna fidelia dealbare possimus: Plutarchum ab insigni mendo, quod absurdissimum in eius Pelopida sensum hæctenus peperit, in gratiam studioforum liberabimus. Nullus interpres, nullus qui grauissimum hunc auctorem legit (legunt autem non pauci) adhuc animaduertit stupiditatem & stoliditatem quæ versatur in verbis quæ leguntur in Pelopida, & tamen nullus ex antiquis auctor est, qui crebrius teratur manibus. Illic ita est ἄλλ' ἔοικεν οὐχ ἡ δωροδότης μάλιστα παρεξύναι τοῖς Ἀθηναίοις, Ἐπικλέπεις γοῦν ποτὶ τῷ σακισφόρῳ, μήτε ὄρνιθός δ' ἔσται ξασθαὶ πρὸς Βασιλέως, &c. Interpres Latinus *lixæ*, Gallicus *portefaix* vertunt. Itaut hominem nihili & infimæ gentis, lixæ officio fungentem demagogū crearint Athenienses, & ad regem Persarum legatum miserint, quo quid ridiculum magis, & à sensu communi remotius excogitari possit, non video. Ego repono fidenter Ἐπικλέπεις ποτὶ Σακισφόρῳ, id est *barbā ferentis & hirsuti*. σάκος enim pro barba eleganter dicitur: Vnde in epigrammate Hegesand. aduersus Grammaticos grandioribus vocabulis constante σακισμοσφόροι dicuntur à barba & genarum pilis eminentioribus, *manticobarbicola* ut eruditissime vertit magnus Scaliger, Aristophanes Concionant. ἄλλ' ἐπεὶ γὰρ ἅπαντα ἐξ ἡμισὶ σάκοι πρὸς ταῖν γνάθῳ ἔχουσα. Schol. σάκος δὲ πύργον λέγει. Igitur Ἐπικλέπεις σακισφόρος eleganter dicetur, & non turbato historiæ sensu. Nec est quod quis vim facere debeat in aduerbio ποτὶ, nam non cum voce σακ-

σφόδρα, sed cum reliquis est coniungendum.

Pag. 119. l. 13. Hæc addidimus ex Cod. Fed. Morelli. *Αγαμέμνων δὲ δυσχεραίας δίκην ὅτι ἔχ' ἀσθενήματα ἀνὰρ*, quæ à Suidæ collectione etiam non absunt.

Pag. 119. l. 21. Laudantur *Δαιτυλῆς* Aristophanis hic & supra voce *Αλίπεδοι*, & in *ἦτες* infra. Male nos in *αλίπεδοι* putauimus cum interpretibus *Δαιτυλῆς* conuiuas esse. Imò potius Atticæ populus hic est, de quo nominatim Galenus in præfat. Hippocrat. Lexici, & Schol. Comici ad nubes. Eruditissimus Nunnesius in notis ad Phrynich. eclog. pag. 13. multum sudauit in explicanda epigraphe huius fabulæ. Sed magnus Casaubonus cap. 32. lib. 3. animaduers. in Athen. paucis totam rem iam expediuerat. Tuillum vide.

Pag. 120. l. 3. Casaubonus cap. 4. lib. 7. animaduers. in Athen. *Ἀγάμαι* coniecit hic legendum, quod spernendum non est. Sæpius enim laudatum inuenies Sophoclem in Athamante quàm Acamante. Sed hic non de Priamo aut Priami filiis agitur. Alia sunt maioris momenti quæ prætermittere nefas esse duximus, dum de Sophoclis fabulis agimus. In absolutissimo illo syllabo, in quo vir ille nunquàm satis laudatus complexus est omnia Sophoclis dramata, vnum aut alterum omissum est, quod deperire nolimus, ne quid in perfectissimo illo opere desiderari videretur. In litera K. puto addendum drama quod vocabatur *Κυελαί*. Hoc ex Hesychio didici in voce *Σπασίλης*. In litera X. nullum relatum est, inuenimus nos tamen cum *Χρύσι* composuisse. Testis

Ammonius voce βαμὸς, si quæ adhuc supersunt oppidò pauca sunt. Vnum tantum superest quod mihi facere visum est ad illustrationem fabul. Sophoclis: corruptam nimirum vnius ex illis exstare epigrammem apud Stephani mutilatoré. In voce enim Κερίνα ita legitur ὡς φησι Σοφοκλῆς Λαρισαῖος. Hinc viri docti nobis Larissæum Sophoclem fecerunt, atqui illic legendum Λαρισαῖος ex nostra restitutione, id est, ut ait Sophocles in fabula dicta Λαρισαῖος. Nullus igitur Sophocles Larissæus, ut hæcenus crediderant omnes. Atque hæc mihi post literarum principem de Sophoclis fabulis dicenda videbantur.

Pag. 121. l. 2. Præter politica quæ à Diogene Laertio, & ab auctore nostro supra voce Απορία laudantur, Theophrastum alia politica quæ dicta fuerunt τοῖς βίαις καὶ ἀπορίαις composuisse patet ex hoc eximio loco. Parthenius in Eroticis cap. 18. de Νεῖρα, quæ de ea historiam refert ex lib. Theophrasti primo politicor. τοῖς βίαις καὶ ἀπορίαις depromptam esse assuebat. Inscriptio cap. ita habet. ἰσορροπία Θεόφραστος ἐν τῇ βίαι καὶ ἀπορίαις. Rursus cap. 9. de Polycrite in epigramme, καὶ τῇ ἀπορίαις καὶ Θεόφραστος ἐν τῇ βίαι καὶ ἀπορίαις. Sed vereor ne potius legendum sit α, quia ex Diogene Laertio certum est eum quatuor tantum libros politicorum τοῖς βίαις καὶ ἀπορίαις composuisse, & τῇ ἀπορίαις duos. Certe apud Suidam voce ἀρχὴ συνεία restituendum est pro Θεόφραστος ἐν ἀπορίαις καὶ ἀπορίαις, vel ἐν βίαις καὶ ἀπορίαις, vel ἐν βίαις καὶ ἀπορίαις, nam ἀπορίαις καὶ ἀπορίαις composuisse Theophrastum, nullus

nullus vnquam veterum testatus est. Præterea *οὐ
τι γένοι* dicendum fuisset, non *οὐτι καί*. Hunc
errorem nullus ante nos deprehendit.

Pag. 123. l. 14. Male habebant præcedentes edi-
tiones *Αἰσχίνης* *οὐ πρὶ κατ' Ανδροτίωνος*, non enim Æs-
chines, sed Demosthenes contra Androtionem
orauit. Ita sæpissime in hoc opere peccatum est.

Pag. 125. l. 6. Facili mutatione sensum hic resti-
tuimus, quem nemo quantumuis exercitatus vn-
quam deprehendisset, si vetus lectio retenta fuisset.
ἀντὶ τοῦ ἀποδοῦ legebatur. Nos disiunctis vocibus
reposuimus *ἀντὶ, ὅποις ἀποδοῦ*. Quæ verba glosse-
matica sunt, & superiora *τὸ εἰ ψευδομαρτυρεῖ*, quæ
ad Demosthenem pertinent, interpretantur. Ait
enim Harpocracion Demosthenem ita loquu-
tum esse *ἀντὶ, ὅποις*, &c. Si quid acutius & magis
auctoris menti consonum proferre possint eruditi,
proferant, per me licet.

Pag. 127. l. 4. 5. 7. Hefychium hoc loco ab insi-
gni mendo liberabimus, & auctori nostro aliquam
lucem afferemus. Ait Mercurios quosdam fuisse
Hipparchios, sic dictos ab Hipparcho Pisistrati fi-
lio, quorum meminisse testatur Harpocracion ve-
terem Comædiam, & Platonem *οὐ πρὶ Ἰππαρχῶν*
(sic legendum supra voce *ἀπαρχάσαι*, vbi male *Ἰππάρ-
χῶ* est.) Sed quid Mercurij illi & ad quid? Hefych.
hoc nos docet eruditissime, ita enim loquitur, *Ἰπ-
πάρχῳ, Ἑρμῆς, Ἰππαρχῶι Ἑρμῆς, αὐτὸς ἀνέστην Ἰππαρ-
χῶς τήλας, ἐξ ἀφ' αὐτῶν εἰς αὐτῶν ἐλεγεία, ὅς ὡς ἑμῶν βεβήτους
οἱ ἀπαρχώσκοιτις γίνεσθαι*. Lege ex nostra restitutione.

Ἰππαρχὸς Ἑρμῆς. Ἰππαρχοὶ Ἑρμῆ, αἱ ἀνέστησαν Ἰππαρχοὶ πῆλαι εἰς αὐτὰς ἐλεγεῖα, &c. Quinque igitur columnæ erant Mercurij illi ab Hipparcho erecti, in quibus versus elegiaci inscripti erant, ex quorum lectione meliores & doctiores euadere poterant οἱ ἀναγνώσκοντες, quod de nugis quas hodie in vulgus edūt Cercopitheci quidam & moriones, dici non potest.

Pag. 127. l. 11. 12. Zopyros quosdam nobis commemorant Stephanus voce ἀφροδισιάς, & Suidas in ψευδαῖς. An vero quid intersit inter hunc Zopyrū, cuius de fluminibus libros hic laudat Harpocratiō, & alios dubitari potest. Sed de his diligentius in notis ad Plutarchum de fluminibus.

Pag. 127. l. 20. Inter Hipponactis Iambicos versus hic legebatur,

Εὐρύχως ὦν καὶ δούλος ἦρχεν Ἑρμίας.

Ex quo docebat Mysiæ illum τῆς περὶ τῷ Ἑλλησποντῷ principem fuisse, regi Persarum subditum. Singulare est quod de eo refert Suidas in Αἰσχυρίῳ. Obiisse scilicet magnum illum Philosophum epoto in Chalcide aconito, quod prouocatus fuisset coram magistratibus, quos Εὐθύαιας vocabant, eo quod in Hermiam hunc Eunuchum Παῖδα composuisset. Παῖδες illi sine dubio ad instar libellorum famosorum erant, vt ex lib. dipnosoph. Athen. argui facile potest.

Pag. 128. l. 19. Ex Cod. Fed. Morelli hac suppleta fuere, ἥτις συνήθησι τὰ ὑφανόμενα.

Pag. 129. l. 5. Ita etiam sentiunt Erymologus, &

Eusthatus post vetustissimos Grammaticos, sed Medicorum filijaliter, nolunt enim ἐχάραι esse caua & profunda vlcera, sed crustas quæ fiunt in illis vlceribus. Viderint Medici.

Pag. 130. l. 19. De Euenis, vide omnino animaduers. Iosephi Scaligeri in Chron. Euseb.

Pag. 131. l. 8. Fallitur Harpocraton, non enim Hermippus docuerat orationem quæ habita est contra Phrynem, non ad Euthiam, sed ad Anaximenem pertinere: Imò Diodorus ὁ ᾠκενηγῆς. Testis Athen. omni exceptione maior lib. 13. dipnosoph. οὗ αὖτις ὅτι τῶν ἐπιγραφομένων κατ' αὐτῆς (de Phryne loquens) Εὐθίας λόγον Διόδωρος ὁ ᾠκενηγῆς Ἀναξιμάχῳ φησὶ εἶναι. Quid igitur Hermippus de Euthia? eum amissa contra Phrynem causa, nunquam postea orasse. Athen. eodem libro δὲ τῶν ὀρχαδῆς ὁ Εὐθίας, οὐκ ἔτι εἶπεν ἄλλω δίκῳ, ὥς φησὶν Εὐρυππῶς. Si quæras causam ob quam Euthias ille sycrophanta contra Phrynem orauit, adi ad Bacchidis epistolas apud Alciphronem, & statim Euthiæ nomen multis in locis corrige, Εὐθίας enim semper illic legitur pro Εὐθίας, & semel vt opinor, Εὐτυχίας mendosissime pro Εὐθίας. Sed de his diligentius in lectionibus nostris.

Pag. 131. l. 22. Vide quæ dicemus ad voc. σιμωπῆαι.

Pag. 132. l. 17. De hac Antiphontis oratione infra agemus voce Πυριγαμπῆς.

Pag. 132. l. 18. In voce Φρυγιάδας de Eurybate à nobis agetur.

Pag. 134. l. 18. Legendum est *ὡς Φρεάηοι*, vt supra docuimus.

Pag. 135. l. 3. Desiderabatur hic epigraphæ dramatis Aristophanici, quam de nouo dedimus ex Cod. Fed. Morelli. Danaïdum autem Comici meminit Pollux lib. 10. cap. 4. & vetus eius enarrator ad Plutum commentaria se edidisse ad eam fabulā testatus est.

Pag. 135. l. 22. Male erat *ἀειστέλης*, restituiimus nos *ἀειστέλης*, idest eximius & Pictorum sui temporis facile princeps.

Pag. 137. l. 12. Lege *Ἠγήσπαρος*.

Pag. 138. l. 2. 3. Huius scripti meminit Suidas in Philochoro cum ait *πρὸς πλὴν Δήμωνος Ατθίδας*.

Pag. 140. l. 5. 8. Heræus murus locus est in Thracia sic dictus, qui auctore Dionysio *ὡς πέμπτη κτίσις* à Samiis ædificatus fuit. Hinc ego explicare soleo verba parœmiæ, quæ fraudi fuere doctissimo viro. Βάπτα κάρας. ἔπι τῆς παχέως λέγεται τῷ π. πίνες οὖν ἐνόμισαν ἐπ' ὄνομα τῷ π. π. (ἔ), καὶ ἐχρήσαντο τῇ προίμῳ ἔπι τῆς παχέως. ἔστ' ἡ ὅς ὁ Κάρας τῷ Βάπτα: ὡς ἐπ' ταύτῃ Ηραία τῷ Σαμίων ἐπιγέγραπται. Doctissimus & piissimus Andræas Schottus nunquam potuit intelligere quid sibi vellet auctor huius prouerbij. Putauit enim Heræum Samium auctoris proprium quoddam nomen esse, & (vt ego quidem coniicio ex eius notis) *Ισαία* voluit legendum pro *Ηραία*. Verus & legitimus horum verborum sensus de repente feruit nates nostras, dum hac commentaremur. De nullo auctore loqui voluit quisquis ille sit qui hoc pro-

uerbium scripsit: imò de muro illo celebratissimo qui Ἡραῖον πύλος vocabatur. Vides ex Harpocratio-
ne murum illum locum esse à Samiis exstructum,
ideóque Ἡραῖον Σάμιον dictum, quid igitur amplius
calcem calce teris, vox ἑπιγέγραπται quæ in parœmiæ
explicatione est, confirmat opinionem nostram,
ex qua nescio quomodo non coniecero vir ille
probus, de nullo auctore hic posse loqui parœmiæ
parentem, ἑπιγέγραπται enim non de scriptoribus, sed
de inscribentibus dici solet, vnde ἑπιγέγραμμαι in-
scriptiones, quæ vt plurimum marmoribus, lapidi-
bus, & muris affigebantur & apponebantur. De
κτίσιον libris Dionysij, vide quæ ad vocem Ἡφαιστα
dicemus.

Pag. 140. l. 19. 21. 22. Non poterat locus hic di-
ligentius sanari obmutescantibus Codicibus om-
nibus, sed fatendum est nos ab Ammonio Gram-
matico vel (vt alij volunt) Herennio Philone adiu-
tos fuisse. En tibi eius verba, ex quibus vitam verbis
auctoris nostri restituimus. αὐτὸ καὶ αἰτῶμεθα ἀναφέρει.
ὅτι μὲν γὰρ αὐτὸς ἔτα τῷ ἀπαξ τὴν λέξιν καὶ μὴ ἀποδοῦναι. ὅ-
τι δὲ αἰτῶμεθα ἑπὶ τῷ λεγόμενῳ εἰς ἀποδοῦναι. Μένανδρος ἐν
πρὸς Τιμῳδι.

Οὐ πῦρ γὰρ αὐτὸ, οὐδὲ Ἀσπιδ' αἰτῶμεθα.

Quis negabit veram hanc esse huius corruptissimi
loci restitutionem, & veram Scazontis illius lectio-
nem?

Pag. 141. l. 3. Supra in voce Ἡραῖον, male excu-
sum est ἐν πύλῃ κτίσιον, debuit scribi κτίσιον, Dio-
nysius hic Chalcidensis quinque libros κτίσιον ἐν

fecerat, quorum quintus illic laudatur. Marcia-
nus Heracleota *ὁ ὡς ἐσηγήσατο*.

Εργασθέντι μάλιστα συμπεπυσμένοις

Εφόρων, τε καὶ τῶν ἑαὶ κτήσεως εἰρηκότεν

Εν πύκτι βιβλίοις Κόλκιδι Διοσκρίδι.

Eumdem laudat Comici interpres ad nubes, Ety-
mologici auctor voce *ὡς ἐσηγήσατο*, sed illic male est
κτῆσιν pro *κτίσειν*. Præterea inepte ab eo Athenien-
sis vocatur hic Dionysius, qui vere Chalcidensis e-
rat, ut iam diu ante nos observavit Isaacus Casau-
bonus in addend. ad animaduers. in Athen. Multi
autem fuisse *κτίσειν* auctores, Hellanicus *ὁ κτίσειν*
ἐξ ὧν καὶ πόλιν citatur ab Stephano voce *Χαριμέτι*,
ab Athen. lib. 10. Laudatur Clitophon quidam *ὁ*
τῷ κτίσειν, apud Plutarch. de fluminibus in Arari, de
quo quando illic erimus diligenter agemus. *ἐκ τῶν*
κτῆσεως Heraclidis in Clementis protreptico com-
memorantur, in quibus omnibus operibus de ori-
ginibus & conditoribus ciuitatum agebant aucto-
res illi. *Κτίσαι* enim Græci primos vrbiū conditores
vocant.

Pag. 142. l. 8. 18. 19. Theognis vterque poëta
vnus Elegiacus, alter Tragicus, sed eorū alter adeo
frigidus ut *Χίαν* dictus fuerit. Suidas *Θεώγνης παρα-
δοσιακὸς πρὸς ψυχρὸς ἐστὶν*. Interpres frigidus valde
frigide de frigido poëta. *Theognis Poëta Tragicus adeo*
frigidus ut vix diceretur 30. natus annos. Scribimus nos
apud Suidam *ὁ τῷ Τυράννῳ*, vel *εἰς*, & vertimus,
vnus è trīginta Tyrannis. Quod adeo verum est, ut &
ab Harpocrate confirmetur hoc loco, & Lysia

nominatim in orat. contra Eratosthenem, & Xenophonte in 2. rerum Græcarum. Porro quæ hic sub finem de Theognide poëta Epico afferuntur, corrupta omnino sunt, licet in præcedentibus editionibus nullum exstet corruptionis & lacunæ vestigium. Membranæ manifeste habent post versum illum Theognidis, ἦλθον μὲν γὰρ. ὃ μὴ ἐπίσηται Πλατωνί. Et à voce Μεγάρων vsque ad ποτὶ aliquod interstitium, aliquam distantiam, quæ denotat quædam adhuc deesse, sed & præterea sensus & constructio sermonis hoc desiderare videtur. Magnus Scaliger integrum locum ex manuscripto Cod. restituit in animaduers. ad Euseb. Chron. pag. 88. sed lacunam nõ suppleuit, nos coniiciebamus reponendũ, ἀπὸ τῆς Σικελίας Μεγάρων εἶπεν, ἀλλ' αὐτὸς ἐληλυθῆναι ποτὶ ἐφασκεν εἰς Σικελίαν. Hoc voluit (nisi valde fallimur) Harpocration: Sed videant amplius acutiores & siccam ingenij distringant in his male affectis locis. Certissima auté sunt quæ hic de patria Theognidis gnomologici disputat auctor noster contra Platonem. Ad animaduers. Scaligeri in Euseb. Chron.

Pag. 143. l. 22. Phileas auctor est celebratissimus & testimoniis antiquorum notissimus: Steph. in Ἀβυδῶν, Ἀμβρακία, Ἀνδρία, Ἀργεῖα. Eius γῆς ποιεῖν hic laudatur. Vnde apud enarratores Apollonij Rhodij quo loci legitur Πυθέας ἐν γῆς ποιεῖν, restituere tentabam Φυλάεας. Sed Pytheas auctor est etiam non ille laudatus, idem Stephanus in Ὠσεῖας, ita Hesiodus teste Strab. lib. 7. γῆς ποιεῖν composuerat.

Pag. 144. l. 5. 6. Citatur apud Aristotelem lib. 3.

Rhetic. *Ευεπίδης* ὃς παρ' *Πωρὸς* *Τριμήνους*. Vnde cōiiciebat Petrus Victorius vir apprime eruditus hoc in loco legendum pro *Τωείδης*, *Ευεπίδης*. Sed etsi verum esset eundem hunc esse Hygiænontem cum eo qui Euripidem accusauit ob versiculum illum ἡ γλῶττ' ὁ μὲν ἔμελλεν, tamen ego malle rem retentionem, & potius torquere verba Aristotelis. Nam in hoc opere bis citatur Hyperides in illa oratione aduersus Hygiænontem, vt supra vocem *ἐν* *καὶ* *λέα*.

Pag. 146. l. 3. 4. 5. Ita melius scribetur *Φιλίνος* δ' ὃς παρ' *Πωρὸς* *Σοφοκλέους* καὶ *Ευεπίδου* *εἰκίας*, vel *Πωρὸς* *εἰκίας*. Philinus hic Atticus orator est, cuius meminit Athenæus lib. 10. *ἑρηνόφου*. & Clemens Alexandrinus in tractatu in quo de Græcorum furtis agit: vbi prima orationis de Corona verba, cum simillimis Philini oratoris componit. Fuit hic Philinus tempore decem Græciæ Oratorum, ex quorum orationibus collegit hoc Lexicon Harpocration. Vide infra vocem *Κοιρανίδα*. Antiphon sine dubio contra illum orationem composuerat, de qua auctor noster in hoc opere multoties loquutus est, vt in *Θῆτις*, & aliis locis.

Pag. 148. l. 19. 20. Puto hic restituendum *Ἀμμωνίος* ὃς παρ' *Πωρὸς* *Πωρὸς* *βωμὸς* *χρᾶφι* *ταυτί*. Hic Ammonius ille est qui sæpius apud Athenæum laudatur, & qui de Aris & Sacrificiis scripserat, cōposuisse cum de oppidis vel pagis opus aliquod nusquam legi. ὁ μὲν *Ἀμμωνίος* Ammonius voce *βωμὸς* cum laudat in primo *Πωρὸς* *ἑρηνόφου*, καὶ, inquit, καὶ *Ἀμμωνίος* ὁ *Λαμωρίδας* ὃς παρ' *Πωρὸς*.

ἐν τῷ τῷ αὐτῷ Ἰουσιῶν. Lampriensis enim erat.

Pag. 149. l. 11. Deest hic numerus librorū Theopompi, qui restitui non potest nisi ope cuiusdam Codicis bonæ notæ. Quis enim tam vanus hariolus qui præsumere hauserit se in his vera dicturum, sine auxilio veteris cuiusdam scriptoris?

Pag. 150. l. 10. Vide supra voces ἑκείνου & ἑκείνου.

Pag. 150. l. 17. Lege τῶν Φιλιππικῶν. Hæc sunt peccata operarum.

Pag. 150. l. 15. 20. 21. Inepte hic est Δημοκρίτης ἐν τῷ καὶ Κτησιφώνος, legendum vel ὑπὲρ Κτησιφώνος, vel Æschines in eius locum succedere debet. Ita non rarò in hoc opere peccatum erat ante nostram editionem. Mirum verò est non animaduertisse virum doctissimum dum in his versaretur, male verba hæc Ἰππαρχος ὁ Πεισιγάρτου, dissulsa & separata fuisse à superioribus. At Harpocraton αὐτῷ ὁ Λυκούργος ἐν τῷ καὶ Λυκόφρονος φησι. Vbinam quæso Lycurgi verba? Præcedentes editiones insulse omnino ea separant, & à capite reponunt quasi aliò pertineant. Nos asserimus contra exemplarium fidem, & excusorum auctoritatem, illa verba quæ principium faciebant in aliis edit. post vocem φησὶν, ad Lycurgum pertinere, & ita eum loquutum esse Ἰππαρχος ὁ Πεισιγάρτου. sic curauimus excudendum: Porro ut quæ de Ostracismo postea subiunguntur explicemus, en tibi paucis mentem nostram. Varia varij de origine Ostracismi, & de eo qui primus hoc exilio punitus fuit, tradidere. Heraclides Hippiam,

Ælianus Clifthenem, Achillæum Photius hoc exilij genere mulctatos fuisse primos asseuerant. Nec desunt qui putent Ostracismum inuentum tantum fuisse circa tempora Pisistrati, & Hipparchum Pisistrati cognatum primum omnium exilij genus hoc subiisse. Ita opinantur Diodorus Siculus & Harpocration hoc loco. Quorum vestigiis maluit inhærere Iosephus Scaliger in animaduers. ad Euseb. Chronic. numero 789. quàm vetustiorum, & eiusdê Eusebij, qui nominatim in tempora Thesei Ostracismum & eius originem reiecit. Eius verba sic habent. *Θησεύς Αθηνάοις καὶ χώρῳ ἑσπερμίδου εἰς αὐτὴν συναγαγὼν, ἥτοι εἰς μίαν πόλιν, περὶ τῆς ἑξωπρακτικῆς αὐτῆς περὶ τῆς θείας δὲ νόμου.* Ego contra auctorem meum, & alios omnes qui eius sententiæ steterê, in verba Eusebij iurare ausim, & probare Theseum Ostracismo primo mulctatum fuisse. Præter schol. Aristophan. ad Plutum. Suidam qui ex eo sua descripsit, Heraclidem in fragmento de politiis, Hefychium & alios, auctorem Theophrastum habeo omni exceptione maiorem, Theophrastum dico qui in politicis quæ περὶ τοῦ χειρὸς ἱερίσκει, eandem opinionem amplexus erat, Suid. *Ἐρχὴ σκυρία. ἐπὶ τῇ αὐτῇ, καὶ μετὰ λυσιπλῆς ἐξήκω, παρὸν περὶ τῆς λυσιπλῆς, καὶ αὐτῇ τῇ περὶ τῆς Σκύρας, οὐδὲν φέρουσα λόγῳ ἄξιον. οἱ δὲ ὑπὸ Θησεύς, ὅτι ἐκ τῆς αὐτῆς Λυσιπλῆς Ἐρχῆς, καὶ περὶ τῆς γυναικὸς αὐτῆς κατακριμναμένη. Οὐρακιδεύς δὲ περὶ Αθηνῶν Θησεύς ἱερίσκει, sic enim legendum supra docuimus non περὶ τῆς χειρὸς. Huius igitur*

opinionis fundus esse potest Theophrastus, ex quo sine dubio Eusebius, & post Eusebium alij sua mutuati sunt. At vero, quia de Ostracismo qui est exilij species, agimus, non omnino extra rem facere videbimur, si l. §. D. de interdictis & releg. explicemus, quæ hætenus crux fuit omnium iuris interpretum, & magnum Cuiacium eo adegit. ut eius verba sic mutanda crediderit in notis ad §. summa supplicia. Tit. de Abolitionib. lib. 5. sentent. Pauli. *Exilium quod est aut certi loci interdictio, idest lata fuga, aut omnium locorum interdictio præter certum locum.* Budæus etiam aliquid in textu huius legis deesse existimavit in annotat. ad pandectas posterioribus: nec ullus est ex his qui subsequuti sunt magnos illos viros, qui non conatus sit illam legem ut corruptam emendare. Sed quod pace omnium dictum sit, nihil mutandum censeo, verba enim integra sunt & elegantissimum sensum habent, *Exilium* (ait Marcianus) *triplex est, aut certorum locorum interdictio, aut lata fuga ut omnium locorum interdicator præter certum locum, aut insula vinculum ut relegatio in insulam.* Credo difficultatis est in his verbis, *aut lata fuga ut omnium locorum interdicator præter certum locum*, eo quod enim omnes ad vnum crediderint, de lata fuga hic loqui Marcianum de qua auctores omnes classici ferme, idest de libero exilio, & late vagandi potestate, textum torquere tentarunt temere, & sic à mente Iurisconsulti discessere. Nos breuiter & sine vendicatione asserimus Marcianum in hac lege de hac lata fuga, quæ pro exilio libero & late vagandi

potestate accipitur, loqui noluisse, sed de ea qua qui mulctatus est, ab omnibus locis censetur interdictus præter certum. Itaque ut clarius hæc interpretemur, in passiuo hæc intelligenda sunt, ut nimirum ille qui latæ fugæ exilio punitus fuerit, non late fugere possit, (quomodo accepere omnes,) sed late fugari. Et ita bellissime & appositissime latam fugam interpretabimur omnium locorum interdictionem præter certum. Non afferemus argumenta quibus opinionem hanc nostram confirmare solemus, nec responsa quæ ad obiectiones quæ moueri possunt, damus: quia hæc tantum per transennam tetigimus, & à nobis hoc iam diligenter peractum est in lectionibus, quas post hoc opus edemus.

Pag. 153. l. 5. Codex Fed. Morelli habet Δημοδότης ἐν Δω Φιλιππικῶν, id est in quarto, ἐν τετάρτῳ.

Pag. 154. l. 16. Alias Μνασίας scribitur sine diaphrongo, ut infra voce σαβοῖ illustis hic auctor est, & à multis veterum laudatus, ab Athenæo ἐν δατύρῳ πρὸς Ασίας, ab Steph. ἐν τρίτῃ πρὸς ἐκκλησίαν, voce Ἐκκλησίαις, ab Enarrator. Apollon. Rhod. ab Ammonio voce Νηρείδης. Sed liberandus est ille à mendo, male enim hodie legitur Μνασίαν ἐν τοῖς πρὸς τῆς Ευρώπης, legendum est Μνασίας. Libri eius de Europa non semel citantur ab Athenæo nomine Ευρωπαϊκῶν, vel Ευρώπης πρῶτον, δατύρῳ, τρίτῳ. A Grammaticis, ut à Fulgentio Planciade Europæ libri in voce vispillones. *Mnascas tamen tertio Europa libro scripsit.* Porro horum librorum auctor est Mnascas Patrensis, qui periplum etiam & Asiam composuerat. Duo

erant Mnaseæ, vnus Locrus vel Colophonius, qui Pagnia scripserat teste Athen. lib. 7. alter Patrensis, de quo sæpius in hoc opere auctor noster loquutus est.

Pag. 155. l. 3. Suidas hanc paroemiam habet ex nostro, & noster forte ex Athenæo lib. 5. dipnoph. vt mirum videri debeat cur doctissimi viri pro Πυθακᾶς in paroemia rescriberent Πειρακᾶς. Ingenio & moribus cum aliquo conspirare Græci dicunt ἴσα βαίρω πινί, Galli *estre de mesme humeur avec quelqu'un*. vnde prouerbium ἴσα βαίρω Πυθακᾶς.

Pag. 155. l. 8. Pares iudicum sententiæ siue ἰσοψηφία reum absoluit. Vnde Æschylus in Eumenid. merito ait,

Νικᾶ δ' Ορέτης καὶ ἰσοψηφος κριτῆς.

Et paulò post:

Αἴψ' ὅτε ἐκπέφθουσι αἵματος δίκαι

Ἴσσι γὰρ ἔστι τ' ἀρίθμημα τῆς πάλων.

Vulgaria hæc sunt quamuis à nemine adhuc dicta, & in quibus amplius inhærere non debemus. Adiligenter ad cap. 16. lib. 12. obseruat. magni Cuiacij.

Pag. 156. l. 17. 20. Æschines Ischandri tragici hypocritæ tritagonistes, cum exhibere voluisset Oenomaüm Pelopa persequentem, turpiter cecidit, & à Sannione chorodidascalo adiutus fuit, vnde à Demosthene postea per irrisiōem Oenomaüs vocabatur, & Αἰσυράιος, quod in oppidis, coram fæce populi fabulas exhiberet. Demochares autem hic dialogorum auctor Demosthenis ex sorore nepos fuit.

Auctor incertus vitæ Æsch. Δημωχάρης ὃ ὁ ἀδελφιδῶς
 Δημωδίου, εἰ ἄρα πισυτίον αἰτῶν λέγεται ὡς Αἰσχίῳ,
 φησὶν. Suidas de eo multa.

Pag. 157. l. 2. De Ione Chio vetus enarrator Comici ad Pacem, & Suidas ex eo, sed omnium optime auctor noster, cuius verba in lēctionibus nostris accuratius examinabuntur. Tu vide interim. cap. 20. lib. 2. emendat. Pauli Leopardi.

Pag. 157. l. 16. Manuscripti Codices hæc omnia usque ad finem non agnoscunt, nos tamen quia præcedentes editiones ea retinuerunt emendare hæc ipsa maluimus & purgare, quàm omnino reii-cere & condemnare. Itaque male erat antè καὶ Ἰωνίαι πόλεις ἐνδεκα. Duodecim enim sunt, quas perfecte & absolute numerauimus cum Suida.

Pag. 157. l. 20. Male cohærebant hæc cum præcedentibus, male etiam erat in verbis Aristophanis ἐλκ' Ἐφ' ὅρου pro ἐμ' ἠροφ' ὅρου. Nos manca restitui-mus, & male ordinata distinximus.

Pag. 159. l. 1. Hos Pollux ἐστάρχεις vocat, ἐκ' ἀθαι-
 ρον χοιρίδιοις (inquit) μικροῖς ὅτι πλὺ ἐκκλησίῳ, καὶ ὁ
 ἡα' ἔστιν: καθάρσιον ὃ τὸ καὶ Χοιρίδιον ἐκ' ἀλφ' το. De hoc
 more eleganter Comici enarrator ad Acharnens.
 sed animaduerte καθάρτω' illic vocari eum quem
 alij περὶ ἐστάρχειν, vel ἐστάρχειν nominant: & καθάρμα
 quod alias καθάρσιον vocatur, cum tamen longum
 constituendum sit discrimen inter καθάρσια & κα-
 θάρματα, auctore Ammonio quem in hac voce cō-
 sules. Verba Æschinis ut puto aut alterius oratoris
 ab eo etiam in hunc modum afferuntur, ἐπειδὴ ὁ

καθάρσιον ὡς ἐρεῖ, καὶ ὁ κήρυξ τὰς παλαιάς βίβλους, τότε
δὴ καλῶς ἐδημηγόρει.

Pag. 159. l. 7. Ineptè omnino habebant præcedē-
tes editiones Σησίχρος ἐν Ἠλίῳ Περσίδι, peius etiam
manuscripti Codices Περσίδου. Nos reposuimus ἐν
Ἠλίῳ Πέρσῃ. Troiæ enim ἄλωσις siue excidium com-
posuisse Stesichorum patet multis veterum testi-
moniis. Pausanias eum ἐν Ἠλίῳ Περσίδι laudat, vt &
Lescæum quemdam, sed melius legeretur, vt opi-
nor, Ἠλίῳ Πέρσῃ. Opus illud Ἠλίῳ Πέρσις vocabatur,
idest Troiæ captiuitas, ἄλωσις. Ita Acatum quemdā
Argium laudat Athen. lib. 13. διπνόςφ. ἐν Ἠλιο-
πέρσιδι, nisi illic ex restitutione Casauboni legere
malimus Σακάδου Ἀργίῳ, pro Ἀκάτῳ Ἀργίῳ: nihil e-
nim moror aliam lectionem Σάκῃ τῷ Ἀργίῳ, quam
omnino condemno: primo quia Σάκῃ non est ve-
rum nomen poëtæ, sed potius cognomen. Ἀκέστωρ
vere vocabatur poëta ille Tragicus, qui Σάκῃ fuit
denominatus, eo quod extraneus & hospes esset,
Σάκῃ enim Thraces sunt. Vnde Argiua patria illi
conuenire nō potest. restitue autem apud Hesych.
dum vacat, corruptissimum hunc locum. Σάκῃ.

Ἡμεῖς γὰρ ὡς ἄνδρες οἱ παρόντες ἐν λόγῳ

Νόσσι νοσηδὲν πλὴν ἐναντίον Σάκῃ.

Οὕτω δὲ προσεγορεύει Ἀχίλλεὺς ὁ ξένος (ἔλ.). οἱ γὰρ Σάκῃ Θε-
κῃς. Ita nos Hesychij verba illic concipere solemus.
Hodie omnia confusa & corrupta sunt. Sacas igitur
cognomen tantum Acestoris, ideoque nullo modo
ferenda illa lectio apud Athenæum Σάκῃ τῷ Ἀργίῳ.
Melius, vt diximus, legeretur, si quid mutandum sit

Σαργάδου Ἀργίου. Sacadas enim teste Plutarcho in libello de Musica, Arguius Poëta est, qui Odas & Elegias scripserat. Sed hæc tantum sunt probabilia. Magnus Scaliger in animaduers. ad Euseb. Chronic. veterem lectionem retinuit, & hunc auctoris nostri locum correxit. Tu illum vide pag. animaduers. 67.

Pag. 159. l. 15. Melitonem hunc qui de familiis Atheniensium scripserat, nullibi laudatum inueni, eiusdem nominis tantum offendi Melitonem Sardensem Episcopum quem D. Hieronymus sex libros ἐκλογῶν composuisse refert. Nos in præfat. notar. nostrarum hoc annotauimus.

Pag. 159. l. 19. Male coniuncta hæc erant cū præcedentibus. Nos primi verba hæc καὶ τὸ μυστήριον τοῦ μεγάλου à capite reposuimus. Ita loquutus est Isocrates in Busiride. Aliquando voces solas, aliquando integra orationis cola affert auctor noster. Hoc loci integra periodi pars allata est.

Pag. 160. l. 5. 6. Confer diligenter quæ supra voce ἑρχόμενος relata sunt, illic enim Thucydides in primo, hic vero Ephorus laudatur.

Pag. 160. l. 20. Decrat hic vox τῶ ἐλπίδος.

Pag. 161. l. 3. Hæc amplius habuit Codex Fed. Morelli, quæ à nobis supra explicata sunt in Ἀλφειοῦ μεταγενέστερον ἡμῶν.

Pag. 162. l. 22. Vide infra τῶ ἐλπίδος.

Pag. 165. l. 11. 12. Τισαμένης hic scripsimus non ut ante Τισαμένω. Tisamenum enim fabulam docuerat Theopompus Comicus, ut enarrator vetus aperte testatur in comment. ad Vespas & Aues Comici.

Tisamenus

Tifamenus autem hic Acestoris ποῦτᾶ qui Σάχας vocabatur, pater fuit, & ξένος & μασιγίας. versus ex ea fabula allatos sic correximus,

Ἀλλ' ἢ μὲν Εἰλήθῃα, male antea erat εὐλήθῃα, συγχίω-
μιω ἔχῃ, &c.

Pag. 165. l. 15. 18. 19. Monuerunt iam viri docti apud varios auctores vt apud Suid. Ammon. Hefych. & alios male vulgo legi pro νεωιήτων vno verbo, νέων ἢ τῶν diuifis vocibus. Sed nullus adhuc, quod sciam, animaduertit peruerse hic ante nostrā editionem excusum fuisse ὅτι ὃ καὶ τῶν ἀπὸ καθερείας, pro ἀπὸ θεωρείας. Ita nos correximus vt conuenirent quæ apud Suid. leguntur, καὶ ἔπ' ἡρωῶν τῆτο γίνεσθαι ὅτι αἰσθάνονται τῆτο ἐποίουν. Porro quæ sequuntur καὶ τῶν συμφίων recte cohærent: ante focum enim, vel ante lares sponsi παραγήματα καταχέειν solebant εἰς σημεῖον δειπτείας. Auctor Theopompus in fabula quæ vocabatur Ἡδύχηρις. Hanc fabulam laudant Suid. schol. Com. ad Plut. & Athenæus lib. 7. & 15. & Laertius Diogenes in Platone. Verba autem Theopompi ex ea fabula, quæ hic desiderantur, sic sunt supplenda.

Φέρε σὺ τὰ καταχύσματα παχέως κατ' ἔχῃ

Τοῦ συμφίου, καὶ τῆς κόρης, ὅς περὺ λέγῃς.

Pag. 167. l. 2. Οἰκίῳ habebant priores editiones, nos restituimus οἱ Κῆροι.

Pag. 168. l. 6. πρὸς Νικηλέα scripsimus non Νικηκλέους, vt habebant præcedentes editiones. vide infra vocem πρὸς Δάμωνα. Quæ autem hic de Ceramicis referuntur, verbo ad verbum ferme repetita sunt in Scholiis ad Aues Comici, & apud Suidam.

Pag. 169. l. 3. 4. De hoc Æschine Sardonio altum in veterum monumentis silentium, nec cum alibi laudatum memini. Imo ipsemet Diogenes Laertius qui octo, si bene memini, nobis Æschines commemorat, de hoc Sardonio ne verbum quidem citantur hic eius Iambi, ut apud Athen. Æschionis Samij Iambi. Sed forte hic legendum pro Αἰχίμης ὁ Σαρδανίτης, Αἰχίμιος ὁ Σάμιος, quod tamen subleste fidei est. l. 4. Καίδουλος lege non Ανδουλος. Candulus enim vocabatur alter Cercopum, ut nemo dubitat.

Pag. 169. l. 19. & 20. Locum hunc in aliis editionibus portentose corruptum sic concepimus & castigauimus. Male legebatur ante Κερσόναι, & male etiam sequens vox Κερσῖνος separata erat & diuisa.

Pag. 171. l. 15. Vide Comici scholiast. ad Nubes & ad Aues.

Pag. 171. l. 19. De duabus his orationibus, quas aliquando κατ' ἑξῆς δύο λόγους vocabant, supra egimus voce βέλαιώσις. Restat tantum ut quædam doceamus de Strattidis Comici fabula quæ vocabatur Κυνόιας. Eruditissimus Casaubonus cap. 23. lib. 7. animaduers. in Athen. in quo fabulas omnes Strattidis Comici recenset, multa de hac fabula rerulit, meritoque eos redarguit qui in Athenæo pro Κυνόιας reponebant Κωνηγοία, nullam enim fabulam docuerat ille poëta quæ vocaretur Κωνηγοία, idest *venatio*, sed vnam quæ vocabatur Κυνόιας, idest *Cincias*, in qua ex professo nebulonem hunc &

perditum hominem subfannabat, vnde ego repono apud Erotianum voce Καμμάρα, ἐφ' ἰσράσι δι' παλαιαῖς Στράτην ἐὼ Κιησίᾳ λέγονται. Hodie ineptissime legitur ἐὼ Κιωνησίς. Quod si lectionem hanc retinere velimus, augendus erit syllabus fabularum, & admittendum Κιωνησιῶν illum composuisse, & forte Κιωνησιῶν: quod tamen nullo veterum testimonio probari potest.

Pag. 172. l. 6. Vox Κέρρα male erat diuulsa, à voce præcedenti Κέρραϊα. Nos in hac editione coniunximus.

Pag. 172. l. 13. Codex Fed, Morelli longe aliter concipit hunc locum. Κιηνοφόρος ait, ἔπει γράφοις κιστοφόρος, τὰ γὰρ λεγομένης κίτας ἱερᾶς ἐστὶ λέγειν τῇ Διόνισσῃ καὶ ταῖς θεαῖς. Suidas hanc lectionem confirmat, sed nos in Dissertatione Critica hæc omnia accurate perpendimus.

Pag. 172. l. 16. Vide supra βλιμαΐζην.

Pag. 173. l. 13. Melius legeretur πωρόσκλησις, vide infravocem πωρόσκλησις.

Pag. 174. l. 15. Falso ante erat Αρειοτίλης ἐὼ ἐβδόμῃ, ζῶσι ἰσοείας. Nos restituiimus ὀγδὼν, in octauo enim hac leguntur.

Pag. 176. l. 1. Lege potius cū duplici η. Κολυηδαί, vt Κολυηδός.

Pag. 176. l. 9. Decrant hæc in editionibus præcedentibus, à voce Ευρυστάκειον ἔστι. ὁ καλεῖται ὁ Κολωνός οὗτος Αγραῖος, ὡς ὅτι καὶ ἐτέρως Κολωνός, vsque ad hæc πωρὸς δὲ τῇ Προσδῶνις ἱερᾷ, quæ omnia tamen Suidas nostri Simia habuit.

Pag. 177. l. 6. 10. Ammonium Grammaticum, dum vacat ab insigni mendo liberare volo. Ille voce κόρδαξ, ita loquitur, καλεῖται ὃ ἡ μὲν τρατηχὴ ὄρχησις Εμμέλεια, Σίκις ὃ ἡ σατυρικὴ, Κόρδαξ δὲ ἡ Κομικὴ. Ego lego καλεῖται δὲ ἡ μὲν τραχηλὴ ὄρχησις Εμμέλεια, quam emendationem meam latius non confirmabo, quia per se stat satis. Hoc dicam tantum, poetam hunc Nicophontem qui hic laudatur, à Suida & aliis Nicophrontem vocari, sed de eo iam luculenter egit Isaacus Casaubonus in cap. 36. lib. 3. animaduers. in Athen. quò te remittimus.

Pag. 178. l. 1. Integræ de Cory Thraciæ rege inhumanissimo historiam narrauerat Theopompus lib. Philippic. primo: sed nobis periit ille liber, ut alij omnes eiusdem auctoris. Exstat tantum fragmentum integræ historiæ apud Athen. lib. 12. dipnosoph. & ne longiores simus, illuc te remittimus: Ibi enim videbis quomodo uxorem discerpsit propriis manibus à pudendis exorsus. Eruditissimus Dalecampius longissime errauit à veritate historiæ, cum hæc Græca verba Theopompi (ὃ ὃ βασιλεὺς ὅτε ποτε καὶ ζήλοτυπίας πλεὶς αὐτὸν γυναικα παῖς αὐτῷ χρῆσιν ἀνέτιμω πλεὶς ἀνδρῶν ποῖ ὑπὸ τῷ αἰδέϊναι δρῶντα) Ita vertit. Tum Rex Zelotypia percitus ne quid in uxorem ausus ille fuisset, manibus suis militem conscidit ac discerpsit, à pudendis exorsus. Imò è contra mulierem propriam discerpsit: ut optime habet Harpocration, quod designant euidentissime illa verba πλεὶς ἀνδρῶν ποῖ: falsissimum autem est cum conscidisse tertium militē. Fraudi fuit sine dubio eruditissimo illi interpreti

vox ἀνδρῶν, cui non animaduertit coniunctum esse articulum πῶ, & hoc in loco mulierem significare. Hæc velim dicta in fauorem rudiorum.

Pag. 178. l. 12. Forte legendum *Ξεναγόρας ἐπὶ τῇ πατρὶς Κωμῶν*, vt quidam exarati manu habent, sed nihil constituo.

Pag. 179. l. 7. De Ctesio Ioue multa Casaubonus cap. 6. lib. 11. animaduers. in Athen. & nos in quinque lectionum nostrarum libris.

Pag. 180. l. 3. Vox *Κυδαθλωάων* male disiuncta erat à superiori voce *Κυδαθινός*.

Pag. 180. l. 14. Frustra vir magnus ad illud Propert. lib. 2. eleg. 5. *Cælati medio cum saliere foro*. Coronas circumstantium seruorum in auctione *κύκλοις* putat esse, nam repugnant omnes veteres, repugnat ipse Harpocraton, à quo discere debuerat, *κύκλοις* illos loca esse in quibus vxnibant serui, à Circulo quem faciebant sic denominata. Erudite quidem cum dictum est *currentes seruos solitos vendari*, vt illa Propertij intelligantur *medio cum saliere foro*, nam & hic nominatim Menander in Ephesio *κύκλοις* dixit, & Næuius Agitatoria,

Currentes ego illos omnes vendam.

Pag. 180. l. 21. Hæc petita sunt ex lib. 11. Dipnosoph. Athenæi.

Pag. 181. l. 9. 10. Nullo manuscripto adiuti hanc lacunam ita suppleuimus sola coniectura. *Δημοσθένες ἐπὶ τῇ αὐτῇ τῆς τῆς Ροδίων ἐλευθερίας*, quia quæ sequuntur verba Demosthenis in illa oratione existant.

Pag. 181. l. 22. Ostendimus supra voce ἄζονες, quod esset discrimen inter Κύρβεις & ἄζονες. Nunc docuissim si per temporis angustias licuisset, vnde Κύρβεις originem ceperint, & quid de eis veteres prodiderint, sed breuitas quam nunc seriò quærimus non finit nos latius euagari. In lectionum libris omnia quæ hic prætermittere cogimur, persequemur. Aditu interim veterem Comici enarratoré ad Aues, & veteres interpretes Apollon. Rhod. pag. 186. & 187. edit. Henric. Steph. vt & infra voc. ὁ κἀπὼθι νόμος.

Pag. 183. l. 8. 9. 10. Fragmentum ex fabula Aristophanis quæ Γεωργὸι vocabatur, integrum non est, amplius tamen habuit Vaticanus Codex ἀγαθὴ Κωδία. Quædam adhuc defunt, quæ suppleri nequeunt, nisi beneficio cuiusdam Codicis. Cæterum quam veteres Græci Κωδία, vel Κωδία dicebant, hanc recentiores, vt opinor, Κυδία dixere. Schol. Theocriti Eidyli. xi. μήκων λέγεται ἡ κεφαλὴ καὶ ἀνθ' ὧς βοτάνη, ἡ κρητὶς λεγόμενη Κυδία. Recte à viro doctissimo vocabulum hoc inter Græcobarbara relatum est. Sed non recte multa alia, quæ pura putata Græca sunt, eidem operi immixta fuere, vt θώρετα quæ vox origine & tono Græcissima est, & nunquam vsu corrupta fuit, vt pluribus demonstrare possem, nisi viderer extra rem ambiciosius hoc suscepisse. Hanc autem vocem θώρετα exempli gratia in medium protuli, quia alios Græcos vt Alexandrinos, ea vsos esse testatus est supra Harpocration in ἀνακλυπτήρια. Tres quæ à nobis in ὀπίδκις relatæ sunt, potius augerent numerum vocum illarum Græcobarbararum quàm θώρετα, quæ nullo modo Græco-

barbara est. ἑπιπλάμῃτις ἑπιμάτις & μαίδα. Nec enim origine & deriuatione Græcæ videntur, sed potius Barbaræ vel Græcobarbaræ sunt: Ideóq. à nemine adhuc intellectæ & cognitæ: nisi coniecturam, quæ supra in voce ἑπίδωξ nobis arrisit, amplecti velimus, & apud Hesych. legendo ἑπιπαμματίδα, vt ordo alphabeticus postulat, & ita apud schol. Com. & Suid. pro ἑπιπλάμῃτις restituēdo ἑπιπαμματίδα, dicamus cum eo ἑπίκληρον ἑπιπαμματίδα esse, idest omnium possessionum patris hæredē, πάμμαπα enim possessiones. Quod non omnino abhorret à vero.

Pag. 183. l. 17. Habet hæc ex Athenæo auctor noster, vt & alia omnia quæ de scortis & poculis varij generis retulit. Ad iad lib. 13. dipnosoph. & videbis nos hinc Strattidis Comici de Lagisca Isocratis pallace versus qui antea corruptissimi erāt, emendasse. Vide & de eadem Lagisca Plutarchum in Isocrate.

Pag. 184. l. 4. In editione prima optime separatur vox λαμπάς, à voce λαμπάδιον. At male in secunda confunditur. Nos priorem sequuti sumus, & à capite reposuimus vocem λαμπάς.

Pag. 184. l. 20. Verba Comici in Acharnens. sic habent,

ὦς ἀπὸ λώμβῃ; ὁ Λάρκος δημότης ὅδ' ἔστ' ἐμός.

Ex quibus ego soleo interpretari, reiectis omnium interpretum explicationibus, illud Iuuen. satyr. 14.

--municipes Iouis aduexisse lagenas.

Λάρκος δημότης vt municeps lagena: Porro enarrator vetus ad illa verba Comici ita inquit, πλέγμα τῆς φιλῶδης ἢ ψιαῶδης ἐν ᾧ φέρονται τοὶ ἀνδραγας.

Pag. 185. l. 18. Δεξιόχειρος vocabatur hic Apollo,

male apud Suid. est Λεωκόριοι, & peius ante nostrā emendationē hic erat λέων ὄριοι diuisis vocibus. Phurnutus de natura Deorum, καὶ Λεωλώριοι δὲ αὐτοὶ προσηγόρευσαν, καὶ ὅτι τὰς ἡμέρας τῆς λεωῶς καὶ τῆς ὀμιλῆς ἀλλήλοις συνέχεσθαι τοὺς ἀνδραποιοὺς, τὰς οὐκ εἶναι ὅτι καὶ εἰσὶν ἀναπαύεσθαι. Si plura de hoc Apolline desideres, adi ad commentarium studiosissimi viri Ioānis Meursij in Lycophr. Alexandram, vbi iamdiu cum omnes hos errores animaduertisse & absterfisse deprehendimus.

Pag. 186. l. 19. Λόχοι habet Hesychius, & illuc solitos confugere seruos docet.

Pag. 186. l. 21. 22. Manuscriptus Codex Fed. Morelli habet Σπάρτων ἐν τῷ Γω γεωγραφεύῳ, id est ἐν τῷ τῷ.

Pag. 187. l. 1. Vetus enarrator Thucyd. ad illa lib. i. (τοὺς δὲ Λεωκόριον καλούμενον) ἐλύμωξέ ποτε ἡ Ἀθηναῖα, καὶ λήϊος ἐν τῇ δαίῳ παυδὸς σφαγῇ, Λεωὶς οὖν τις τῆς εἰσὶν κώρας ὅτι δέδωκε ἔνθα ἑτάλλαξε τῷ λίμῳ πλεὺ πόλιν, ἔνθα τῶν ἱερῶν ἐγγύετο ἐν τῇ Ἀθηναῖα καλούμενον Λεωκόριον. Leocorium igitur illud Athenis templum erat in medio Ceramicī. (Nam ἐν μέσῳ τῷ Κεραμειῷ bene habent quidam Codices,) in honorem filiarum Leo Orphei filij exstructum. Ad hanc historiam adluisse videtur D. Hieronymus r. in Iouinianum, cū dixit. *Chalcīæ quoque filia illa Leo virgo perpetua pestilentia patriam scribitur spontanea morte soluisse.* Quæ verba non immeritò hæctenus habuere exercitos magnos viros, nam non vnā tantum Leo filiam mortem obiisse pro patria certum est, sed tres. Præ-

terea

terea quid per Chalciæcum intelligat Sanctus ille Pater, nemo adhuc intelligere potuit. Nos in notis ad Plutarchi libell. de fluminibus, ad huius loci illustrationem forte aliquid afferemus: persequamur auctorem nostrum.

Pag. 187. l. 10. Quidam Codices habent κατὰ Γελοῦ.

Pag. 187. l. 20. Hodie est in oratione Demosth. contra Cononem καὶ πρὸς τὸν βασιλῆα ἀγορεύς. Harpocration videtur legisse πρὸς τὸν λίθον, quod idem fere est, nam lapis ille ara aut altare erat. Vnde peritissimus Grammaticorum Hesychius, λίθος, βάθος, βασις, καὶ βάσις, τὸ ἐν τῇ θείᾳ ἐκκλησίᾳ βῆμα. Et λιθομέται dicebantur illi oratores, qui ἐπὶ τῷ λίθῳ iurabāt, qui lapis nihil aliud erat quam βῆμα ἐν τῇ θείᾳ ἐκκλησίᾳ. Sed quid illa Comici in Acharnensibus sibi volunt? Τοιοῦτοί εἰσιν οἱ δὲ γὰρ τὰς λίθους πρὸς τὰς αἰσάδας. Vetus enarrator lapidem illum ait fuisse βῆμα quod erat ἐν πυλῶνι ἀκασιγείᾳ ad idem forte alludendo, ad instar Pollucis qui cap. 7. lib. 8. in hæc erumpit: Επηρώτα ὃ ἡ βαλὴ, ὧμυνοι δὲ οὔτις πρὸς τῇ βασιλείᾳ σταῖ, ἢ ἐπὶ τῷ λίθῳ. Nisi simpliciter hæc velimus interpretari, *in porticu regia quæ lapidea erat*, quod nobis duriusculum videtur. Verum de his alias diligentius, ut & de Ioue lapide Roman. de quo Polyb. lib. 3. & Festus, & Plautus in Aulularia: & tandem multi ex recentioribus qui aliquam in Repub. literaria familiam ducunt.

Pag. 188. l. 1. Hæc à nobis plenius explicata sunt in Dissertatione Critica.

Pag. 188. l. 7. Εὐδῶξος hic restituiamus, cum male ante esset Εἰδῶξος. Cæterum quidam Codices pro ὦ ἢ Εὐείδου, habent ὦ ζ', idest in septimo.

Pag. 188. l. 8. Ars numerandi siue Arithmetica, τέχνη λογιστική dicitur, vel λογισμὸς vno verbo ab Iſocrate in Busiride. Hinc Σπολογίζεσθαι dixerunt pro Σποδιδύσθαι ὅτι λόγον τῆς δαπάνης μαίτων, idest vt loqueremur nos Galli, *rendre compte de la desſe*. Latini simili modo, rationem à dispensatore accipere, rationem, idest λόγον. Ita loquutus est Cicero in Hortensio, Lucillius lib. 29. rationem peruersam dixit, idest ὅτι ἀπηρτισμένοι λόγον, *vn mauvais compte*. Vnde postea oritur ἀπὸ λογία, quam auctor noster supra eadem voce vult esse perfectum & absolutum numerum, plenum & adæquatum, vel ex quo summa confecta sit & probe subducta, quam forte postea Æram dixere, æra enim pro numero in singulari: vnde Æra Hispanica, numerus Hispanicus vel ratio numerandi Hispanorum. Certe Imperator Gordianus l. 3. Cod. de modo mulct. quæ à Iud. inflig. Curatorem Reipub. à Græcis logistam dictū asseuerat, quod nimirum supra ratiocinia operum publicorum poneretur, idest supra λόγους.

Pag. 188. l. 19. Codices quidam ex Iambo faciūt Scazontem, & ita habent,

Αἰδρεῖς λογιστὴ τῆς ὑποθηκῆς χήρῶν.

Pag. 189. l. 1. 3. Priores editiones habebant Ηρόδοτος ὡς πρὸς δωδεκάτω. Atqui tot libros composuit tantum Herodotus, quot Musæ sunt, ergo male in duodecimo laudabatur. Nos restituiamus ὡς δακτύλιον,

sine dubio notarij ante β̄ posuerant ι, & ita scripserant *ὁ πῶς β̄* pro β̄ simplici. Illic in secundo, idest in Euterpe bis vtitur pater ille historię vocē *ῥητοῖς*, sed in diuersa significatione. Vnam tantum hic attingit Harpocration, aliam nos explicabimus. Cum de Hecatæo loquitur, & cum *ῥητοῖς* vocat, recte quidem tunc historicum significare fatebimur vocem illam *ῥητοῖς*, at cum de Æsopo, & cum *ῥητοῖς* facit, hæc vox non historicum sed fabulatorem significare potest. quomodo aliquando accipitur elegantissime. Ammonius *ῥητοῖς*, καὶ ῥητοῖς ἀφ' ἑρμῆ. ῥητοῖς μὲν γὰρ ἔστιν ὁ τοῦ δι-
κταίου ῥητοῖς, ῥητοῖς δ' ὁ ῥητοῖς πρὸς καὶ μὴ-
θους σωτηρίας. Thucydides tamen historicos *ῥητοῖς* vocat, histor. prim. ὡς ῥητοῖς ξυνέθεσαν ἐπὶ τῷ
πολεμῶντι. Ad quæ vetus enarrator notauit, Thucyd. de Herodoto loqui. Ita etiam aliquando *ῥητοῖς* è contra oratores nostri volunt esse oratores, vt Demosthenes in Philipp. 4. quæ vulgo prima est, οἱ ῥητοῖς πομπὰς πομπύουσιν, (sic enim legendum infra docebimus voce *συμὰς* ἡαί.) Hodie male est in excusis omnibus, & in manuscriptis οἱ *ῥητοῖς*. Oratores hic *ῥητοῖς* vocantur, vnde vides voces has indiscriminatim sæpius accipi, & diuersa significare.

Pag. 190. l. 2. 4. Primus hic error est, quem in hoc opere deprehendimus, prima hæc nostra coniectura, quæ stimulus & calcar addidit ad exanclandos hos labores, & onus istud humeris nostris impar suscipiendum. Legebatur in aliis editionibus

ὁ δὲ Θεόπομπος ἐν τῇ κζ' Πισιγράτῳ, sed nos coniecimus restituendum ἐν τῇ κα', idest in vigesimo primo, rerum videlicet Philippic. ex ciphra illa κα' notarius inepte fecerat κζ'. Optime igitur hæc iam coherent. Theopompus in vigesimo primo, Pisistrato regnante, Philochorus vero in quarto, Pericle imperante Lyceum exstructum fuisse assueverunt. Emendationem autem hanc nostram adeo certam esse postea comperimus, ut opinione Ioānis Meursij viri, ut ita loquamur, πολλὰ χράμματα εἶδῃς, tandem confirmata fuerit in notis ad Hesych. illustrium.

Pag. 190. l. 7. Ne mutata quidem syllaba hæc omnia descripsit Harpocraton ex Athenæo lib. 11. dipnosoph. Ad id illum, & cap. 11. lib. 11. animaduers. in Athen. adiunge, ne in repetitionibus tempus teramus.

Pag. 191. l. 5. Nolo describere quæ de Mensibus Atticis, quos docti omnes probe sciunt, male à Gaza, & aliis omnibus qui eum sequuti sunt, ordinatos fuisse, iādiu docuit illustrissimus Scaliger in magno & æterno opere de emendat. temporum lib. 1. cap. de mensibus Atticis. Imperite omnes ante eum crediderant Mæmaeterionem quartum mensem esse, quod vel vnica huius auctoris fides luculenter euincere potest.

Pag. 191. l. 13. Scylax Caryandensis in Periplo de Macrocephalis, μζ' δὲ Βέχρας Μακροκέφαλοι ἔθνος, καὶ ψαρὲς λιμὲν. παπιζοῖς πόλις Ἑλλωῖς. At vero Palæphatus qui hic laudatur in septimo rerum Troica-

rum, an Parius, an Atheniensis fuerit dubitari potest. Critici enim quidam Troica ad Parium pertinuisse crediderunt, alij vero ad Atheniensem. Ita Theodorum quendam Iliensem Troica composuisse testatur Suidas in Palæphato Abydeno.

Pag. 191. l. 18. Plura dicemus ad hunc locum in Lectionibus. Interim monemus in Demosthenis Philippica nona, quæ hodie vulgo inscribitur tertia *μῆλοισιν καὶ μαλακίζουσα* scriptum esse. Harpocration videtur legisse *μῆλοισιν*. Variarunt Codices in utraque vocula, nam & pro *μαλακίζουσα*, quidam *μαλακίονισιν* habuere. Quid autem sibi velit Harpocration cum *μαλακίον* vel *μαλακίζου* dixit significare *ἔχει φρίττην*, paucis explicari non potest, nam quod vulgaria Lexica vulgo docent, id vero protritum est, & minus mihi probabile videtur. Tu consules lectiones nostras & attendes quæ illic nos de hac significatione latius exponemus. Superest ut de fabula Æschyli & fragmento ex ea allato quædam dicamus. Forte hic legendum pro *Ελλάδι*, *Ελλάδι*. Ita enim Plato Comicus Helladem composuerat teste Polluce, quib. lib. 10. cum sapissime laudat *ἡ Ελλάδα*. Porro in verbis Æschyli ex ea fabula allatis videndum est num recte legi posset *κακῆς* potius quam *κακῆς*, & retineri *Ελλάδι* tanquam verbum *ὑποκείμενον* fragmenti, non ut fabulæ nomen. Hæc nos titubantes produximus ad huius loci satis intricati intelligentiam. Iudicent docti & constituent aliquid certi.

Pag. 192. l. 8. Oratores Atticos Alexandrum vo-

Ἰωνίας ἀπὸ Φωκαίας πόλεως, Ἰωνες ὄντες. Ita Gellius cap. 16. lib. 10. Noct. Attic. non satis caute dixit. *Nam qui ab Harpalo regis Cyri præfecto ex terra Phocide fugati sunt, alij Veliam, partim Massiliam condiderunt.* Melius dixisset ex terra Phocæa, vel Phocæensi. Harpalum autem illum Cyri regis præfectum sic à Gellio, Ammiano Marcell. Solino, & aliis dictum, Pausanias in Phocicis Ἀρπαγον vocat, vt & Conon narrat. 38. ἀπὸ Ἀρπάγου, inquit, τῷ Κύεω, vbi interpres vertit *ab Harpago Cyri filio*, consultius dixisset *Cyri præfecto, στρατηγῷ*. Hos novos errores de nouo addimus nos aliis, quos eruditissimi viri iamdiu ante nos obseruarunt contra veteres, Eruditissimi in quâ viri Lambertus Hortésius in comment. ad Lucan. lib. 3. & Iosephus Scaliger in animaduers. ad Euseb. Chron. numero M. CCCC. XVII. Eleganter Marcianus Heraclæota de Massilia,

Οἱ Μαασιλίην κτίσαντες ἔχον Φωκαίης
 Ἀγάθην, Ροδανυσίην τε, Ροδάνας ἢ μίγας
 Πόταμος παρὰ ῥή.

Hic Rhodanusia illa est de qua Stephani mutilator duobus locis, & in Ροδανυσία & Ροδανυσία. Male doctissimus Sauaro ad Sidon. Apollinarem Rhodanusiam de qua loquutus est Episcopus ille epist. 5. lib. 1. eandem esse existimauit, cum ea de qua auctores illi. Rhodanusia Sidon. Apollinaris Lugdunum est à Rhodano sic dicta: Rhodanusia veterum illorum auctorum, alia vrbs est à Phocæorum colonia condita, vt Agathopolis. Suspicati sumus aliquando eam non valde differre à Rhoda, de qua

Plinius, cuius verba ferme repetiit D. Hieronymus proœm. in epist. ad Galatas. *Oppidum*, inquit, *Rhoda coloni Rhodiorum locauerunt*, unde *amnis Rhodanus nomen accepit*. Sed fallebamus, nam Rhodanufiam non locarunt Rhodiorum coloni, sed Phocæorum, qui Massiliam etiam condiderunt.

Pag. 193. l. 13. Non valde erant dissimiles Maſteres & Zetete Athenienſium à Maſtris Pellenenſiū. Vide ſupra Ζητηταί.

Pag. 193. l. 18. Lexicon manu exaratum inſcriptum παλαιῶν πόλιν λέξων Optime habet, ματρύλῳι, ὅπως ἐν ᾧ ματροποὶ ἀγατεῖνοι, ματῆρας δ' ἐκάλουν οἱ Δαρείδης τοὺς ματροποὺς ἐπὶ ἀφῆμιζόμενοι ἐνίαι, ματρύλῳι γὰρ καὶ ματρύλῳι.

Pag. 194. l. 11. Dum obſideret Methonem Philippus, vulneratus fuit in oculo dextro ab Aſtere quodam milite, qui ex muris Methones, ſagittæ quam in eum vibrauit, inſcriptum reliquerat,

Ἀστὴρ Φιλίππου θανάσαι μὲν πέμπει βέλος.

Quam ſagittam, cum forte fortuna Philippus tantum in oculo vulneratus fuiſſet, rursus ferunt vibratam intra muros Methones fuiſſe, inſcriptione hac adhibita, ὅπως οὐκ ἐπέτυχεν αὐτός.

Ἀστὴρ Φίλιππος εἰ λάβῃ κρεμύσεται.

Porro Demetrius Magnes qui hic laudatur οἱ συνωνόμοι πόλεις, ille eſt, de quo in Diſſertatione Critica egimus. Ex operibus quæ compoſuerat, duo præ reliquis erant, quæ inſcribebantur αὐτῷ ὁμωνύμων πωλητῶν, vel αὐτῷ συνωνόμων πόλεων. Vnde apparet fruſtra eos eſſe, qui apud Plutarch. in vita Demoſth.

pro

pro σιλωανῶν legunt ὁμωνύμων. Melius quidem apud Ciceronem lib. 8. epist. ad Attic. epist. *Quod me magno*, legeretur *ἢ ὁμωνύμων*, quàm vt hodie est *ἢ ὁμοιόας*. En integrum locum, *memini tibi librum deferri à Demetrio Magnete, ad te missum scio ἢ ὁμοιόας: cum mihi velim mittas*. Ego dico restituendum *ἢ ὁμωνύμων*, de hoc enim opere loqui voluit Cicero. De Concordia autem scripsisse Demetrium illum adhuc nō legi. At vero eundem Demetrium miror in alio opere, id est *ἐν σιλωανῶν πόλεσι*, quatuor tantum numerasse Methonas, quia certissimū est quinque fuisse, aliam Thraciæ de qua iam actum est, aliam Laconicæ, aliam Macedoniæ, aliam Persidos, quintam vero Euboëæ.

Pag. 195. l. 20. Reposuimus hic *Σοφοκλῆς Τεπιολέμφ*; fabula hæc est Sophoclis de qua vidēdus Casaubonus cap. 4. lib. 7. animaduersi. in Athen.

Pag. 199. l. 6. Meminit huius Comœdiæ quæ Thais vocabatur, Glycera in epistola ad Menandrum, apud Alcyphronem.

Pag. 199. l. 18. Manuscripti omnes & excusi habent *μινῶας ἐξημίωσθμ*. Ita etiam nos chalcographo excudendum dederamus, sed dum operæ procederent, ex tempore vidimus legendum esse *μινῶας ἐξημίωσθμ*, & ita in bona exemplarium parte inuenietur excusum, non video sensum si vetus lectio retineatur, nam quid sit *ἡράφω μινῶας*, vel *μινῶας ζημιουῶ*, non intelligo: optime quidem quid *μινῶας ζημιουῶ*, *multare mina*.

Pag. 200. l. 6. 7. Codex Fed. Morelli habet *ἢ αἰεὶ*

EE

οἱ τοῖς πόποις ὀρχομένοι. Lacones autem eos seruos qui liberorum puerulos enutriebant, μύθωνας vocabāt, auctor noster testis hoc loco, & Suid. post eum. Quod Hesych. confirmat cum ait, μύθωνας τοῖς παρὰ τρεφομένοις τοῖς λεγομένοις παιδίσκοις: Λάκωνες. Eadem repetiit Schol. Comici ad Equites, nisi quod ille habet τοῖς παρὰ τρεφομένοις τοῖς ἐλευθέροις. Similes forte hi fuerint Pappatibus, de quibus Iuuenalis, aut gerulis, quos schol. Sophoclis in Aiace flagellifero βαῖβλοις dictos refert, idest baiulos: vt hodie Itali dicūt *balio* & *balia*. An autem illi distarent à nutritoribus, nutriticiis & educatoribus quos *tatas* vocabant, vt nutrices *mammæ*, iam non quæro: nam multiescent hic mouendi lapides. Alias hoc exsequemur cum Iustiniani illa verba Tit. 6. Instit. 1. *aut pædagogum, aut nutricem, aut educatorem, aut alumnum* interpretabimur.

Pag. 200. l. 21. Munychion decimus mensis erat apud Athenienses, male ergo habet Suidas δώτιος pro δέκατος.

Pag. 201. l. 6. 7. Aristoxeni Praxidamanteia nunquam inueni laudata. At Glaucus de quo hic Harpocration, sine dubio ille Glaucus Rheginus est, de quo Plutarchus in Antiphonte, qui de Poëtis scripsit.

Pag. 201. l. 14. Quidam Cod. habent ὡς εἰσι μύθωνας ἀνομασμένας.

Pag. 201. l. 22. 23. Quamuis verissimum sit Dinarchum contra Callisthenem orasse, & sæpius in hoc opere laudetur eius oratio καὶ Καλλισθένους, vel

Κλειθένοις, tamen hoc loco maluimus nos *κτ' Δημε-
θένοις*: quia nominatim in illa sola oratione quæ
nobis superest ex omnibus quas Dinarchus scripse-
rat, hæc leguntur. *Υμῖς Μένωια μὲν οὐ μύλωθεν ἀ-
πεκτίνεατε, διότι παῖδα ἐλάβετε ἐκ Πελλώης ἔργου ἐν τῷ
μύλῳ.* Ego non dubito quin hæc verba ante ocu-
los haberet Harpocraton, cum hanc notam scri-
bebat. Vnde etiam interpretanda censeo illa De-
mosthenis orat. aduersus Nicostратum. *καὶ δὲ αὖτε δρα-
χμαὶ ἂν οὐ Λυκίδου τῷ μύλωθεν ποτισαίμεθα. τίς δὲ
κλυ.* Non enim cum erudito interprete vertendum
est, *Lycida Mylothri filio*, sed *molendini aut Pistrini
Domini, vel molitoris*. Consule Suid. in hac voce, & in
Ποθῆας.

Pag. 203. l. 5. n. Hic vnicus locus est in toto ope-
re, in quo laudatus fuit Athenæus, cuius tamē ipsi-
sima verba sæpius referuntur, vt iam demonstratū
est & apertius impofterum demonstrabitur: hæc de-
sumpta sunt ex lib. 13. dipnosoph. interpretes Comici
ad Plutum videndus.

Pag. 203. l. 12. Falsissimum est Hyperidem in
oratione contra Patroclum, & Apollodorum in o-
pere de Scortis dixisse, Nannium vocatam fuisse Ca-
pram, quod Thalli mercatoris fortunas deuorasset:
Falsissimum inquam hoc est, & à vero remotissi-
mum. Nam nō de Nannio meretrice hoc refertur,
imò potius de Nicone: Peccatum hoc est Harpo-
cratonis & Suidæ post eum, qui dum Athenæum
legeret, Niconem pro Nannio accepit, & quod
Niconi tribuendum erat, Nannio inopinanter de-

dit. Ecce Athenæum sic præcise loquentem lib. 13. Diphosoph. Νικῆς ὃ Ὑπερίδης μνημονεύει ἐν τῇ κατὰ Παρθενίῳ. αὐτὴ ὃ ὅτι αἶξ ἐπεκαλέσθαι ποσειπόδην ἀφ' ὃ θάλλου ὃν καπηλὸν ἐξαλαλώσῃ. Vis adhuc oculatius videre quàm hac vera sint, & vnde suum καταφαγῆναι hauserit Harpocraton. Attende quæso. Machon Comicus qui scortorum ἀπομνημονώματα in vnum coegerat, cuius exstant multa apud Athen. lib. 13. fragmenta, de Nicone ita loquitur,

Ὁ τῷ Σοφοκλέους Δημοφῶν ἐριμύδης,
 Τὴν αἶγα Νικῆν ποσειδότην ὅταν ποτε
 Νέος ὦν ἐτ' αὐτὸς εἶχεν· ἐπεκαλέσθαι δ' αἶξ,
 Ὅτι μὲν γὰρ κατὰ φαγ' ἐρασ-τὴν ποτε
 Θαλλόν, παρεγλήθη γὰρ εἰς τὴν Ἀθηναίων,
 Ωπασόμενος μάλι Χελιδονίας τ' ἰχθῆδας,
 Τμήτηόν τε φορτὴν μέλι.
 Λέγεται ὃ ἐκείνῳ τὴν γυναικα ἐξηπάσας
 Πυλὸν πόρῃ καλέῃ, αὐτὸς ποτε ἤξεν λαβόν
 Ὁ Δημοφῶν, ὃδ' εἶπε γράσας· ὅς, ἴα
 Σοφοκλῆδ' ὅς φησὶ πρὶ ἐμοῦ λαβὼν φίλτατε.

Nico igitur quæ ab Athen. lib. 5. Samia dicitur, non Nannium Capra dicta fuit, quod Thallum illum bonis defrudasset. Quod si quis vitiligator adhuc litem quærat, & nos in antiquorum scriptis grassari conqueratur, quales hodie multos esse scio qui malunt βαλαμφαγῆναι, & rapsodiis nescio quibus puridorum commentariorum vti, quàm inuentis frugibus vesci; speculetur quæso argumenta & rationes quibus mouemur, & nisi plene satisfactum sit, audiat iterum eundem Machonem,

Νικῶ λέγεται τὴν αἴγα Πυθωνὸς πρὸς
 Αὐτὸν ποτ' ἀναλφπύτης, Εὐάρδῳ ᾧ τὴν
 Παχίαν ἀναλφπύτης, εἴτ' ἐς ὕπερ
 Μεταπεμπομένη ποτ' ὡς ἔοικ', αὐτὴν λέγει
 Πρὸς τοῖς μελόντα παῖδα, νῦν Πυθωνὸς ἔφη,
 Ἐπὶ γὰρ τῷ ὧν ἀφ' ἡμῶν ἐλθέτω
 Ἐπὶ τὴν αἴγα οἷός ἐστι ἀνακλήσειν πάλιν,

Lusus in verbis παχία, ὧν & αἴγα. Aiebat enim Ni-
 co illa Pythonem iam saturum, & carne suilla re-
 repletum, quod cum Euarde sæpius coiuiisset, quæ
 παχία erat, posse denuo redire ad capram, idest ite-
 rum capram gustare, & ad se quæ vocabatur αἴξ re-
 dire. Sciunt docti omnes Callistonem fuisse quan-
 dam meretricem, quam ὦν idest suam vocabant;
 non illepide etiam ad hanc potuisset alludere Ni-
 co, sed vox παχία hic iocum facit, & de Euarde in-
 stituitur sermo. Lynceus Samius de eadem Niconē:
 Νικῶ ᾧ ἡ αἴξ ὅτι καλουμένη πρὸς ἀπιδυτήσας
 λεπίδας ἔξ ἀρρώστιας, ὡς ἰχθὺς ἔφη, πὶ γὰρ οἶνι μερὶ τρεῖς
 ἡμέρας καταβρωχέαι; ἥτοι τὴν λέγουσιν, ἔφη ἡ τοῦ ἰώου-
 δήματι. Tota autem ratio cur Capra dicta fuerit Ni-
 co illa, in hoc consistit, quod Thallum bonis omni-
 bus spoliasset, & quia θαλλῶ, siue terminibus oli-
 varum vescuntur Capræ, ideoque in Acropolim nū-
 quam ascendisse eas tērent, nec Mineræ immola-
 tas fuisse. Θαλλός nomen proprium viri, θαλλός ter-
 mes oliuæ: hoc vescuntur capræ, illius fortunas om-
 nes deuorauerat Nico, atq; ideo Capra dicta, quod
 Capræ θαλλοῖς vescantur. Athenæus hæc omnia ad-
ongum retulit, tu illum consule lib. 13. Dipsosoph.

& scito à nobis restitutum esse Sophoclis hoc loco drama, nā πύλαισι legebatur. Nos reposuimus Παιμίσσι ex Athenæo, apud quem iidem hi versus Sophoclis puriores citantur. Viderat ante nos corruptionem huius fabulæ Sophocleæ & fragmenti Casaubonus cap. 4. lib. 7. & cap. 6. lib. 13. animaduers. in Athen. & in addendis: Sed incogitantiam & errorem Harpocracionis non deprehenderat, quod mirari sæpius subiit. Reliqua quæ ex Antiphane de Nannio referuntur verissima sunt, & petita ex eodem fonte. Vide nominatim locum Athen. indicatum, nam tempus est vt cogitemus de perficiendo hoc opere & labore, quem cottidie vrgent instantes nundinæ & typographorum avaritia volans.

Pag. 204. l. 9. Hinc ego restituendū iudicaui infra voce πύλαισι nomen Sannyrionis Comici qui Τέλωτα cōposuerat, idest *risum*: Ita vocabatur illud drama. Diphilus vero qui hic laudatur ἐν Εμπορείῳ, idest in *Mercatore*, male & corrupte antea laudabatur ἐν πύλαισι vel πύραι, quod etiā probe nouit Magnus Casaubonus in animaduers. in Athen.

Pag. 204. l. 11. 19. Citantur hic Ἀθηναῖοι, vt supra voce Ἀργαῖ. Poteramus nos vtroque reponere Ἀθηναῖοι, sed veterem lectionē retinere maluimus. Porro ait Harpocracion apud Atticis morum collectores se scriptum inuenisse ναυκρατητικὰ pro ναυκραεῖα, ac si loqui voluisset Demosthenes in orat. aduersus Timocratem, de rebus ad Naucraticum nauigium, & Naucraticas mercatores pertinentibus.

Naucratis enim vetus Emporium fuit Ægypti. Varians quidem erat alia lectio, sed hanc prævalere forte quis non insulse existimet. Quod si *ναυκραεια* velimus legere, descendet hæc vox à voce *Ναυκράει*, & significabit ea quæ ad Naucratos magistratus pertinent. Cæterum quæ de Naucraris supra polliciti sumus voce *δήμαρχος*, hic ex sequuti essemus, nisi ab hoc onere nos subleuasset vetus Comici Schol. qui ad illa nubium *δαίκευ μο Δήμαρχός τις*, de eorum origine & successione nihil reliqui fecit. Tu illum consule diligenter, ut & Hesych. vocib. *ναύκλαροι* & *δήμαρχοι*, & *δημαρχοί*: & memineris à quibusdam hos magistratus *Ναυκλάροις*, ab aliis vero *Ναυκράροις* vocatos fuisse, atque hic nos pro *ὡς ἔ ἐν τῇ περὶ τετραδικαίῃ* Herodoti, reposuisse *ἐν τῇ πέμπτῃ*. In Terpsicore enim Herodotus de Naucraris loquutus est. Notarius ex ē fecerat *ιἑ*, ut supra ex *β*, *ιβ*. Aristotelis autem quæ hic citantur ex Atheniensium Repub. verba, sic sunt integranda & supplenda. *καθίστησι καὶ Δημάρχους πέντε ἀντὶ τῶν ἐθνῶν ὅτι μάλιστα τοῖς πρῶτοις Ναυκλάροις, καὶ γὰρ τοὺς δήμους αὐτῶν Ναυκλάροι ἐποίησιν. οἱ πρῶτοι Ναύκλαροι εἴτε ὑπὸ Σόλωνος καταστήντες, εἴτε καὶ πρῶτοι, οὗτοι ὃ πέντε πομπῶν τῇ Παναθηναίῳ ἐκόσμου, Κλειθέριοις καταστήσαντες ἀπὲρ Ναυκλάροι.*

Pag. 205. l. 3. 5. Non recte erat in aliis editionibus hic excusum *Καρπείας*, melius nos iussimus excudendum *Κεαρπείας*, Auctor enim hic est de quo supra egimus in *Ἐρκτιῶσαι* & *Αὐτῶνχοι*, & infra agemus in *Νύμφαιοι*. Eius autem verba hic relata sic

forte melius haberent. εἰ δὲ τις μὴ εἴξῃ ἀμφοῖν ζέτον, ut præcedentes editiones retinuerant, γεγραμῶς φερετίζῃ δῶκαιν δει, quæ vox in aliis edit. deest, τῷ βυλομήνῃ Α. Πλωαίωι οἷς δῖτα εἰσὶ λεγόμενα ὃ τῇ ἐν τῷ νῆα, &c.

Pag. 205. l. 13. Qui Bacchi sacrificia celebrabant, nebridibus erant cincti, nebrides autem pelles erant Damarum. Placidus Lactantius vetus Statij interpres ad illud Thebaid. 2. (*aut avidas Bacchum scelera-
re parentes.*) *Nebridas pelles damarum quæ Græcè νεβρι-
δες appellantur, ac per hoc Baccharum indumenta signifi-
cat, quibus sacrificiorum tempore uti consueverunt, ut Vir-
gil. pellibus in morem cincti.* Arnobius, *nebridarum fa-
miliam pellicula cohonestavit hinnule.* Plutarchus aut
Parthenius de fluminibus, siue quisquis ille sit, qui
librum nobis superstitem de cognominibus flumi-
num & montium composuit, in Ebro sub finem,
οἱ δὲ ἐν χῶροις νεβριδῶν περικεβλημένοι καὶ θύροισι, ἡμεῖς ἀ-
διδισιν, κραπιῶντες καὶ τότε φερονήσῃ, ὅταν ἐσημαίνω φε-
ρῶν, καθὼς ἰσορῇ Κλητύμωις εἰ τῷ γὰρ περὶ τῆς παρακλῆ.
Locus est corruptissimus, cui tamen nos medelam
tulimus non spernendam, post magnum Turnebū
qui nihil hic videre potuit. Legendum igitur ex cō-
iectura nostra, *κραπιῶντες καὶ τότε φερονήσῃς ὅταν εἰσὶ μα-
τῶν φερονήσῃς.* Idest tum etiam sapientia fruenter,
cum extra mentem constituti sunt, vel sapiunt in
vanum. Galli, *estans mesme sages lors qu'ils sont fols,*
scilicet dum peragunt orgia Bacchi. Diligētius hac
ipsa explicabimus in notis ad Auctorem illum, quæ
statim post hoc opus daturi sumus. Arignote vero
quæ hic laudatur, & supra in βίῳ, in libris de sacri-
ficiis,

ficiis, mulier illa est à Pythagora & Theano philosophiam edocta, genere Samia, quæ Bacchica cōposuerat, Epigrammata, Cereris mysteria & ἱερὰ λόγον, & Διονύσου τελέας, quod opus hic laudatur. Et multa alia philosophica.

Pag. 206. l. 4. 8. 12. Infelicissimus fuit Harpocraton in omnium fere huius elementi vocum explicatione. Huius autem infelicitatis, & in tractandis rebus stuporis quodnam certius & euidentius argumentum proferri potest, quàm istud quod præ manibus habemus, & iam explicandum suscipimus? Postquam egit de loco illo qui in Peloponneso Nemeæ Charadræ vicinus est, (potest enim legi vel Νεμέας Χαράδρα, vel Νεμέα Χαράδρα,) & verba Æschini ex oratione de falsa legatione explicuit, de Nemea Tibicina quædam subiungit, quæ omnino sunt extra rem, & cum præcedentibus nihil simile habent, præter nominis paritatem & conuenientiam. Nemeæ, inquit, Tibicinæ meminit Hyperides in oratione contra Patroclum, si tamen ea legitima sit. Polemon vero in his quæ de Acropoli scripserat, decretum tulerat, quo cauebatur Athenis, ne quæ infamis mulier, vt tibicina, serua, aut libertina nomen illustis Pentectiridos ferret. Recte igitur dubitari potest, quomodo tibicina hæc de qua loquimur Nemea dicta fuerit à Nemeis ludis. Ita argumentatur Harpocraton. Sed Athenæus ille est, qui primus hoc dubium mouit. Dipnosoph. 13. cuius verba cum describere nesciuerit, peccauit turpissime, nam vel admittendum est dubij nihil su-

pereſſe in his quæ dixit, vel fatendum eum putafſe Nemea pentæterica fuiſſe, quod abſurdiſſimum eſſe patet ex Schol. Pindari, & ex Papin. Stat. ſiquidem ait cautû fuiſſe decreto ex Polemone, ne quæ mulier infamis Pentæteridos alicuius nomen acciperet, & ideo dubio eſſe locum, & merito poſſe quæri, cur Nemea tibicina ita vocata fuerit. Ergo ut dubium recte moueatur, dicendum eſt ex eo nemea pentæterica fuiſſe. Quoquò te veritas ſtuporem euitare non potes, ſi Athenæi verba retenta fuiſſent, non remanſiſſet tantus ſtupor. En tibi quid philologus ille lib. Dipnoſoph. 13. dixerit in hanc rem, καὶ Νεμεάδης ὅ τῆς ἀλῆτειδος Ὑπερίδης μνημονεύει ἐν τῇ καὶ Παρθενίᾳ, ὅτι ἡς ἀξίον ἑταυμάζειν, πῶς περὶ τοῦ Αἰθιωῶτος ὕμνου παρὰ τοὺς ἑταυροφύλους τὴν πόριν προηγύρεως ἐνδοξοπάτης ὀνόματι κεκλημένην. κέκωλυται γὰρ τοῖς αἰῶσι πῆσθαι ὀνόματα, οὐ μόνον ταῖς ἐπιτρούσαις, ἀλλὰ καὶ ταῖς ἄλλαις δούλαις, ὥς φησι Γολέμων ἐν τοῖς περὶ Ἀκροπόλεως. Recte hic eſt προηγύρεως ἐνδοξοπάτης, quia ponendum erat nomen aliquod generale, ut dubio relinqueretur locus, aliter enim ſi ad pentætericos ludos reſtringatur hoc decretum, in nomine Nemeæ nulla ſupererit difficultas, quia Nemea ſunt trieterica, ut ante nos docuit Joſephus Scaliger in magno opere de emendat. tempor. contra Auſon. & alios veteres. Sed, quamuis generali nomine προηγύρεως utamur, adhuc tamen nullum dubio relinqui locum probare poſſumus contra Athenæum. Cur enim dubitabimus quomodo Nemea tibicina ſic dicta fuerit, poſt decretum Atheniſ latum de nó

imponendo illustris alicuius panegyreos nomine vlli meretrici, aut infami mulieri, cum sciamus post idem decretum, meretricum aliam Isthmiam, aliā verò Pythionicem dictas fuisse? Hæc teste Pausania Athenis vulgauerat corpus, Harpalo soli chara, idēque post mortem perpetuo monumento, & veterum omniū spectatu dignissimo cohonestata fuit. Timocles in fabula quam inscripsit Δόρδι Τρωκλείδης, vel ut alij volunt, Ορεσαυτοκλείδης,

--ὡς δὲ δὴ παρθένον

Εὐδοίσι γὰρ Νείνοι, Πλάτων, Λύκω,

Γαθάρω, Φρυών, Pythονίκη, Μυρρίνη.

Illa Cassij cuiusdam Elei serua fuit, ut testantur Demosthenes orat. contra Neæram, & Athen. lib. 13. Dipnosoph. Cur igitur seruas & meretrices has mulieres illustriū panegyreon nomen tulisse non æque mirabimur? Cur in quā potius Nemeam à Nemeis sic dictam stupebimus quam Pythionicē à Pythiis & Isthmiam ab Isthmiis? non video rationem discriminis, & certe magnus mihi erit Apollo ille qui obiectioni meæ respondebit.

Pag. 207. l. 11. Laudatur supra voce Αχὴ Nicanor Metonomasiarum auctor, qui Leander vocabatur, ut patet ex Stephano voce ὕδωρ. Quendam etiā nobis Nicanorem Hermizæ filium Alexandream Grammaticum Suidas commemorat, Plutarchus de fluminibus in Eurota Nicanorem Samiū εἰς β' ὡς ποταμῶν. An differant omnes hi Nicanores à tribus quos hic tantum constituit Harpocraton, & post eum Suidas, plane ignoro.

Pag. 207. l. 16. Vide infra vocem *Υγία Αθωά*.

Pag. 208. l. 1. Deerat hic nomen Isæi quod nos suppleuimus, quia orationis aduersus Lysibium verus auctor ille est sine controuersia, ut apparet ex infinitis huius operis locis. Supra monuimus epigrammæ huius orationis corruptam esse apud Suidam voce *πίως*, illic enim *Αντίσιον* legitur pro *Αντισίον*. De spuris autem & illegitimis liberis, & eorū iure, vide diligenter Comici enarratorem ad illos versus Auium. De his etiam nos aliquando in *συναγωγῇ* legum Atticarum multa addemus.

Pag. 208. l. 20. De hoc Cratero Macedone Arrestorum, siue decretorum & placitorum collectore diligenter iam egimus, mantisam tamen addimus ex Plutarch. in Arist. *Κρατὸς ὁ ὁ Μακεδών*, & paulò post: *τούτων οὐδὲν ἔγραφον ὁ Κρατὸς περὶ μέλειον παρέχει ἔτι δίκην, ἔτι ψήφισμα, καὶ ἄρ' εἰς τὸς ὁπτικῶς γράφει τὰ τοιαῦτα*. Alexis Dialecticus Pæana olim cōtra eum composuerat, quem Athen. sæpius laudat, Ita Aristotelem contra Hermiam Eunuchum Pæana composuisse supra relatū est in *Ερμίας*. Porro de Nymphæo vide Stephanum. Nos infra voce *φυλάη* pro *νυμφαῖον*, restituimus *Νόμφαον*, ita enim legi debet.

Pag. 209. l. 12. Quidam Codices habent *Καλλιχάους*. Multa affert ad huius loci illustrationem vetus Comici enarrator, dum hæc Pluti *τὸ δ' ἐὶ Κορίνθω ξενικὸν οὐχ αὐτὸς γέγρα*, explicat. Quædam etiam nos infra ad vocem *Πολύστρατος* de his docebimus.

Pag. 210. l. 4. Corrupte erat ante *Πῆλε* pro *Πη*.

λῆ. Drama hoc Sophoclis Πηλὰς vocabatur, de quo Consule quæ Isaacus Casaubonus literatorum, qui ad hoc opus aliquid contulerunt princeps in hoc genere literarum dixit cap. 4. lib. 7. animaduers. in Athen.

Pag. 211. l. 6. Confer quæ supra in vocibus ἡ ἐν ὁδῷ καὶ ἡ ἐλῶν, & καὶ ἡ ἐλῶν referuntur.

Pag. 211. l. 13. Αἰθεῖος faciunt νοθεῖος Grammatici; & à νοθεῖος per ὑποβιβασμὸν, ὁθιζοῖ. Hoc alienum & extraneum significat. Illud illegitimum & spurium, omnia spuria & notha extranea sunt & aliena.

Pag. 211. l. 20. Suidas habet ἀρίππου.

Pag. 211. l. 22. Vltimum veteris legis Atticæ caput conceptum erat his verbis ἄσσι ὃ πεφασμένως πωλειώται, καὶ οἰκῆος βλάβης τὴν δούλιον εἶναι ὀφείλειν. Quæ separatim suo quælibet loco explicantur ab Harpocrate in πεφασμένως, & in πωλεῖν. Hic vero de hac voce οἰκῆος agit, Lysiam enim in orat. aduersus Theomnestum ait, eam tanquam sese explicando interpretari per aliam θεράπωντες, quod verum est; nam post verba legis addit. ὅτι οἰκῆος, θεράπωντες. Hodie in edit. omnibus οἰκῆος legitur, Harpocratio melius videtur legisse οἰκῆως. Vt autem Iurisperiti nostri postquam edicti verba proposuerunt, ea singulatim exponere & perpendere solent. Ita ex relliquis veterum oratorum colligere licet, eos olim postquam verba veterum legum proposuissent, eadem postea καὶ πῶδα explicare solitos. Quod elegantissime docebit συναγωγὴ nostra legum Atticarum.

Pag. 212. l. 2. Idem refert Helladius Bezanti-
nious in Christomatheiais, quem vide.

Pag. 212: l. 6. 9. 10. Demosthenes in orat. de Co-
rona, ita loquutus est *πέραις μὲν γὰρ ἀπανσι ἀνδράποισι*
ἔστι τῆ βίῃς ὁ θάνατος, καὶ ἐν οἰκίσκῳ πρὸς αὐτὸν καθεύδεις τη-
ρῇ. Quæ postrema verba repetiit D. Gregor. Thau-
maturg. in orat panegy. & prosphon. in Origené.
ψυχῇ, αἰτ, ἐλθ' ἵκεσθαι καὶ οὐκ ἐγκατέκλειον ὑδὲν ἔπα, ὑδ'
ἀν ἐν οἰκίσκῳ πρὸς αὐτὸν καθεύδεις τηρῇ. Vulgo hic οἰκίσκοι
carcerem interpreterantur, cum tamen in verbis De-
mosthenis ὁρμηθ' ἔφθον significet & paruulam domú.
Cum Harpocrate conuenit Vlpianus qui ad illa
verba Demosth. hæc annotauit. *φασὶ γὰρ ὁρμηθ' οἶκον*
ἔπα καλεῖσθαι πρὸς Ἀθηναίους. Vellem exstarent Didymi
in orationes Demosthenis ἐξηγήσεις, videremus a-
perte vtrum hæc enarrando in errorem inciderit, vt
nos docet hoc loco Harpocrate. Sed pene è me-
moriam exciderat docere male excusum antea fuisse
μὲν ἡμισυαίρας, pro *Μεταγώνης Αὔρας*. Metagenes ille
est de quo sapissime Athenæus. Eius Αὔρας drama
inuenies laudatum nec rarò in monumentis vete-
rum, quod nos docuit Casaubonus in animaduers.

Pag. 212. l. 17. quæ ante initium faciebant, & à
capite reposita erant, cum præcedentibus coniun-
ximus, & ea ita correximus *Οὐδὲν ὁ μὲν δῆμος*, quia
statim sequitur, *ὅτι τῆς Αἰωνίδος.*

Pag. 213. l. 15. Corruptissimum est huius ciuitatis
nomen apud veteres auctores, Herodorum, Scyla-
cem Caryandensem, Martianum Heracleotam.
In Polymnia Herodoti ex coniectura sic legendú

est, ὡς αὐτὸν Εὐκλείδης τὰς δὲ πόλεις, Τορώνην, Γα-
ληψόν, Οἰούμην, male hodie Σερμούλιν. Scylax
Caryand. in periplo, εἰς δὲ αὐτὴν πόλιν Εὐκλείδης,
αἰδοίμενος, Φαργήν, Γαληψόν, Σισύμην, καὶ ἄλλα ἐμ-
πόρια. Οἰούμην legendum nō Σισύμην. Martianus He-
racleota,

Μετ' Αμφίπολιν δὴ πρῶτερον ἢ Συδὴ πόλιν

Θάστω γινώσκω.

Corrigendum Οἰσῦμη. Nihil enim hic lectio varians.
Cod. Palatini ἡ σύμη, cum apud Stephan. idem er-
ror supra notatus sit. Vide infra vocem Σπύμη.

Pag. 214. l. 16. Multi erant hic in vnum inuoluti
& intermixti errores. Male ὁλοχείους erat pro ὁλοχεί-
ους. Peius Θέοφραστους ἐν πεπάρτη, πρὸς αἰσῶνι pro πρὸς φυ-
τῶν. Pessime τῷ Αἰχίονι πεία εἶδεν εἶν pro τῷ χοίρῳ.

Pag. 214. l. 13. Deerant hæc in præcedentibus editionibus $\eta\sigma\alpha\mu\ \delta\epsilon\ \tau\epsilon$. quæ à nobis suppleta fuere beneficio Cod. bonæ notæ. Suidas ait tantum $\sigma\epsilon\tau\omicron$ fuisse. Melius etiam ut puto hic legeretur $\kappa\lambda\epsilon\iota\tau\alpha\rho\chi\omicron\varsigma$ quàm $\kappa\lambda\eta\tau\alpha\rho\chi\omicron\varsigma$.

1 Pag. 215. l. 30. Quæ ab his vocibus ὁμολογῶσα γδ, usque ad finem notæ leguntur, male diuulsa à prioribus erant, nunc primum iuncta sunt simul, & suo loco restituta.

Pag. 216. l. 3. Ineptante erat ὁμόσας ἰέναι.

Pag. 217. l. 6. 11. 12. Anticlides non Autoclides vocabatur ille Ἐγκλησις auctor, de quo hic Harpocration, & nos in Dissertat. Critica. Porro l. 11. & 12. quidam Codices pro Ἐγκλησις πῶς habent Ἐγκλησις. Quam lectionem Etymologus confirmare videtur,

versus etiam Eupolidis ἐν Διόμοις sic recte potes cōcipere.

Οὐ γὰρ ἐν τοῖς τειρόδοις ἐν τοῖσι δῶδε θυμίοις,

Πρὸς δὲ ἑπάμοι τῆς πόλεως κείεσθαι περὶ πειρήματα.

De more vero sordes purgamentorum abiciendi in aquas vel fluuiales vel marinas, vel in triuia, multa annotarunt iamdiu, eruditissimi viri Isaac. Casaubon. ad Theoph. charact. & Ioan. Meurf. ad Alexand. Lycoph.

Pag. 217. l. 23. & pag. 218. l. 1. Ita Vlpianus ad Olynth. 3. οἱ Μεγάρῳς πλὴν Οργάδας παρέτεμνον: οἱ δὲ Κορίνθιοι συνεμάχοντο τοῖς Μεγάρῳσι, καὶ ἀφ' οὗ τῆς εἰς πόλεμον τοῖς Ἀθηναίοις κατέστησαν. Οργὰς δὲ ἐκαλεῖτο ἡ χώρα, ἢ ἀφ' ἧς ὄργια τῶν θεῶν, ἢ ἀφ' οὗ δὲ ἀρχὴν εἶχεν, καὶ ὄργα ἐν αὐτῇ.

Pag. 218. l. 6. 13. 14. 17. Vera inscriptio orationis Iſæanæ ita habet περὶς Οργεάνας. Aliquoties peccarunt operæ, & pro ὀργεάνας excudit Typographus ὀργαάνια vel ὀργάωια, sed iam sublati fuere & deterſi omnes illi errores. Veniamus ad alia. Citantur hoc loco Æschylus & Antimachus, hic non laudato opere, & tamen ex Suida disco cum debuiffe laudari ἐν τῇ Λυδῇ ᾠρᾷ, nisi sit legendum ᾠριάνη, vbi ita loquutus erat,

Καβαρῖτες ᾠκον Ἀβακλέας Οργεάνας.

Ille ἐν Μύταις, sed verba eius non afferuntur. Suidas & aliud fabulæ nomen & verba simul præbet, non enim ἐν Μύταις de Orgeonibus loquutum esse Æschylum narrat, sed ἐν Μυσοῖς. In indice fabularum Æschyli Μυσοῖ fabula inuenitur, non autem Μυσταῖ: quod

quod facit vt credam hic potius legendum *Μουσῶς* quàm *Μυτῶς* : Verba Æschyli in *Μουσῶς* ita habent,

Ποταμοῦ Κρήνου χαῖρε θεῶτος Οργάνῳ,
Εὐχῆς δὲ σώτης διαπύλας Παγοίας.

Porro si Theophrasti testamentum legere desideres, consule Diogen. Laërt. in Theoph.

Pag. 218. l. 20. Non *ὡς* Θεόπου κλήρε, vt antea male erat, excusum est, sed *ὡς* Θεόπου κλήρε.

Pag. 219. l. 12. 13. 14. Tres Comici hic laudantur Plato, Cantharus, & Nicostratus: huius quandam fuisse fabulam quæ vocabatur *Ορθότης*, asseritur, quam tamen apud Suidam qui diligenter ex Athenæo omnia dramata huius Comici collegit, non inuenio relatam. Illis aliud drama quod *Συμμαχία* vocatum fuit, tribuitur: sed non definite, quia dubitabatur quis eorum fabulam illam docuisset.

Pag. 219. l. 15. 16. Corruptissimus erat hic locus, quem nos ex manuscriptis & Suida plene restitui-
mus. Cæterum *ἑως* tabella erat, quæ affixa designabat ædes, aut prædia, & alias possessiones hypothecæ subiectas. Galli vocant has tabellas, *des panonceaux ou des brandons*, vt docuimus supra in *ἀντίκρῳ*. Male ineptus interpres apud Pollucem lib. 3. cap. 9. hæc verba *ἑως ἐφεσται χωρίων* interpretatur *terminos statuere regionum*: debebat *titulos aut tabellas apponere*, quibus loca quælibet creditoribus obligata designabantur. Iuriconsulti nostri *ἑως* istos, tabellas, aut tabulas proprie vocant, vt alij *σπίδια*. Venu-
leius in l. ult. §. si ad ianuam D. Quod vi aut clam.

GG

Si ad ianuam meam tabulas fixeris, & ego priusquam tibi denunciarem, eas refixero, tabulas idest ὀρεῖς, de panonceaux ou brandons. Vide nominatim Magnum Iuris interpret. xvi. Obseruat. cap. 12.

Pag. 219. l. 22. 23. Æschyli fabulam Κεραιωνία nunquam laudatam inueni. Forte legendum ἐν Κεραιωνία, idest in fulgurito. Menandri quidem δούτιραι ὀπικλήρον, nam sic correximus, cum ante esset male ἐν δούτιραι ὀπικλήρον, sæpius laudat Athenæus, vt κεφῆται.

Pag. 220. l. 3. Legendum est ὁρῶδιν, oratio autē Andocidis ἐν τῇ αἰδίᾳ, eadem est cum ea quæ hodie inscribitur ἐν τῇ εἰσότητι καὶ ὁδοῦ, quia in ea ἐν τῇ καὶ ὁδοῦ αἰδίᾳ causas exponit, vel ἀδελφῶν καὶ ὁδοῦ. Deinde vox hæc ὁρῶδιν statim in initio huius orationis occurrit, οὐ ἐν εἰσότητι καὶ ὁδοῦ, εἴτι ἐδὲ παλαιῶν.

Pag. 220. l. 21. pag. 221. l. 1. Aliquando hæc Hyperidis oratio καὶ Δημάδου, aliquando vero καὶ Δημάδου inscribitur. Ita Dinarchus καὶ Δημάδου orationem habuerat, quæ sæpius in hoc opere laudatur. Porro hæc prætermiserat Notarius in huius vocis explicatione ὁ ὅτι ἱστος ἐν τῇ ἰσότητι καὶ ὁδοῦ, quæ ex manuscript. à nobis fuisse de nouo data.

Pag. 221. l. 7. Hæc omnia in ordinem natium restituiimus.

Pag. 222. l. 12. Male subiecta erant hæc voci ὁ καὶ τῶν ἰσότητων. Nos ea separauimus, à capite reposuimus, ordinauimus, correximus.

Pag. 223. l. 12. Athenienses mulieres inornata

mulctasse, mulctasque quæ ipsis infligebantur, ob indecorum, apud Platanum quæ in Ceramico erat, scriptas exposuisse certissimum est. Hoc me docuit Pollux lib. 8. cap. 22. *Ταὶ δ' αἰκισμύσεις ἐζημίουν, καὶ ταὶ ζημίας αἰτῶν γράφοιτες ἐξέπλησθη ὑπὲρ τῆς Πλατάνου ἐν Κεραμικῷ.* Adeo autem hoc relligiose obseruabatur, vt viginti præfectos quos *χλωμακόμοις ἀρχοντας* vocabant, qui huic oneri præficerentur, eligerent. Verum hæc omnia pertinent ad tractatum legum Atticarum, in quo, quæcumque à nobis ex hoc elemento relicta sunt, abunde breui explicabuntur, vt & quæ ex sequenti prætermittere cogemur, ne immoremur diutius in his notis, quas pedetentim in commentariorum molem excreuisse mirati sumus.

Pag. 224. l. 9. Præcedentes editiones habebant *ὡς τε τὰς περὶ Τιμωνίδην.* Nos excudendum curauimus *ὡς Τιμωνίδην.*

Pag. 225. l. 8. Pro *Δημοσία* hic restituiamus nos *Δηρομέλι*, vt recte habent Æschinis libri Quomodo autem Dinarchus orationem contra Stephanum composuerat *ὡς τὸ ὄχτῃ*, Ita Hyperides *ὡς τὸ ὄχτῃ* orationem habuit, teste Polluce lib. 10. cap. 5.

Pag. 225. l. vlt. Recte excusum est in hac editione *παλαιᾶς* vno verbo: aliæ diuissim habebant male *πάλιν αἰρετός.* Non male etiam (vt opinor) Archippi Comici versus ex fabula quæ *Ιχθύες* dicebatur, concepti à nobis sunt.

Pag. 227. l. 6. Quidam Codices habent *ὁ πολλὰ-κισ ἐμβολῇ μεταβελημένος*, quid intersit inter *ἐμ-*

πολλῶν & ἐμβολῶν, alias docebimur.

Pag. 227. l. 12. Vox Παμμένη male diuulsa erat à præcedenti Παμνωδῆ. Optime nos coniunximus.

Pag. 227. l. 19. Αντικλείδης hic etiam restituimus vt supra in ὄξυθύμια, quia ἑξηγητικῶν verus auctor Anticlides, sicut docuimus in Dissertatione, ex Athen.

Pag. 228. l. 1. Eusebius ex versione D. Hieronymi in Chron. *Agon Gymnicus quem Panathenaea vocant.* Vide pag. 86. animaduersi. Iosephi Scalig. qui hunc auctoris nostri locum illustrauit.

Pag. 228. l. 13. Forte restituendum est Ευεπίδης ὁ Αἰγῆ. Ægæum enim composuisse Euripidem patet innumeris veterum testimoniis.

Pag. 228. l. 22. 23. Ordinem alphabeticum qui valde hic erat turbatus, seruauimus.

Pag. 229. l. 1. De venere Vulgiuaga & Cœlite, Apuleius in Apolog. Artemidorus, Synes. in epist. Pausanias, & Athenæus pag. 569. edit. Commel. vnde hæc expiscatus est Harpocraton. Cæterum quod hic refertur ex sexto Colophaniacorum Nicandri, de Solone, optime confirmatur his elegantissimis Philemonis Comici versibus.

Σὺ δ' εἰς ἄπορτος ὄφρες ἀνδρόποδες Σόλων.

Σε γὰρ λέγουσι παρῶν ἀνδρῶν τῶν ἰδῶν

Δημοπικόν, ὃ Ζεῦ, παρῶν καὶ σπείρειν:

Καί μοι λέγειν τῶν ἔστι ἄρμυσιν Σόλων,

Μέγ' ἐν ὁρῶντι πλεὺς πόλιν νεωτέρων,

Τούτους τ' ἔχοντες πλεὺς ἀναγκάδην φύσιν,

Ἀμαρτανότας τε εἰς ὃ μὴ παρῶν ἰδῶν,

Στῆσαι παρὰ μύρον τὴ γυναικας καὶ τόποις

Κονὰς ἅπασι, ἐκ κατασκιδασμένας.

Εἰσὶ γυναικας μὴ ἑαπατηθῆ, &c.

Quas hic γυναικας Philemon vocat, elegantius σῶματα dixerat Nicander, quia seruæ erant & meretrices. Supra docuimus in ἀφανὲς ὕστα, Græcos σῶματα simpliciter seruos vocasse, nunc monemus etiam πρῶστω simpliciter eosdem Græcos seruos appellare, & οἰκητὰς πρῶστωπα: vt οἰκητὰς σῶματα, apud Æschin. Chronicon manuscript. ex quo παρεκβορῶς suas concinnauit Codinus. καὶ πρῶσι πᾶν σὸν οἱ σωματοπρῶται ἐκείναι πρῶσται καὶ οἰκητὰς πρῶστωπα. Achill. Tat. lib. 8. ὁ δὲ λοιπὸς τῆς ληστῶν ὄχλος οὗτοι ἐφθασάν με αὐτῷ ἀφῆσθαι μὲν, φθάνειν γὰρ ἤδη λαβόντα σῶμα. ἔπειτα, ὁ πρῶτος δὲ πρῶτος αὐτοῖς ἀφορμὴν κέρδους. Quæ verba ideo protulimus, quia desiderantur in vulgo excusis, quo loco immanis illa lacuna vnius aut alterius paginæ visitur.

Pag. 229. l. 22. Agrauli soror est hæc Pandrosus. Vide supra Ἀγραιου.

Pag. 231 l. 19. 23. Iudicij in quo ius reddebant οἱ Εἰδικοί, quod Athenis vocabatur πρῶτος, præter Antiphontem in orat. aduersus Nicoclem de finibus, & multos Comicorum, Timocles maxime meminerat in dramate quod inscribebatur Ορεστυκλείδης. Ita restituiamus hoc fabulæ nomen: antea erat Ορεστυκλῆς. Athenæus Δόρυς Ταυτοκλείδης habet, sed ex duabus vocibus vna componenda est, Ορεστυκλείδης. Orestem autem fabulam docuisse Timoclem auctor est Suidas, sine dubio etiam.

Ορεστωκλείδω docuerat. Sæpissime Comici fabularum nomina composita ex diuersis nominibus fingeant, Cratinus Διονυσιάλεξανδρον apud Etymol. Timocles Ορεστωκλήτω, & multi alij. Posset etiā forsitan hic legi Ορεστωκλήτω, idest in *Oreste spontaneo* & *ultraneo*. Sed superior coniectura magno Casaubono arrisit, in animaduers. ad Athen. ex Orestis enim & Autoclidis nominibus vult fuisse compositum Ορεστωκλείδω. Addit Harpocration παρθένου lectum quendam esse in sponsi ædibus, auctore Hyperide in orat. contra Patroclēm, quod verum est, idem enim docet Pollux, καὶ κλήτις ὀνομαζέτω γαμήν, καὶ ἑτέρα παρθένος, ἢ καὶ αὐτὴ πρώτηται εἰ παρ' ἐνυμφίω, ὅπως τὸ πᾶν παῖδα μὴ ἀγυρεύουσι, ὡς Τελείδης ἔφη. In remotiori igitur parte domus reponebatur ille lectus, ne sponsa cum videret. Vnde postea quasi per metaphoram dixere de occultis & remotis εἰ παρθένω, pro κρύφα, & οὐ φανερώς.

Pag. 232. l. 8. Atheniensium παρκαταβολή duplex, vna quæ fiebat in controuersis rerum publicarum, altera quæ in controuersis rerum priuatarum. Hanc recte compares cum sponsione & sacramento Romanorum de quo Varro, vel veteri & noua calumniæ actione: Quamuis decima pars litis in calumniæ veteri actione actu non deponeretur, sed tantum intercederet nuda quædā repromissio sine satisfactione, vt nos docere videntur Imperatores Dioclet. & Maximianus Cod. Gregor. Tit. de Calumniatoribus. *Iudicio tutela (inquiunt) conuenit excipi actionem, ad quam respondere debes, quippe si per*

calumniam, hoc eum facere confidis, remedio repromissionis initio postulata, calumnia in decimam partem eius quod petit, tibi condemnari eum desiderare potes. Et hæc in veteri calumniæ actione obseruabantur, de qua intelligendus §. hæc autem Tit. de pœna temere litigât.

4. Instit. At in noua, non nuda cautio tantum interuenire solet, sed cautio cum satisfatione, idque ex Nouel. 112. per quam videtur pene renouari vetus, quæ non utendo extincta fuerat. Propius igitur accedere potest hæc calumniæ actio noua ad *καταβολήν* Atheniensium, quàm vetus, licet hæc decimaria esset, & per eam in decimam litis condemnarentur temere litigantes, quia in *καταβολῇ* re ipsa actor & reus decimam litis deponebant ipso initio litis, & in noua calumniæ actione, non sola cautio, sed cautio cum satisfatione intercedebat. Hanc *καταβολήν* priuatam vocabant etiam *πρυτανεία*, de qua voce infra agemus: Alteram *καταβολήν* quæ in controuersiis tantum rerum publicarum fiebat, *πρυτανεία* nunquam potuisse dici aumo. Nam *πρυτανεία* proprie decima pars litis erat, quæ deponebatur in Prytaneo, in pœnam temere litigantis, *παρακαταβολή* vero hæc publica, (sic enim eam vocare soleo) quinta tantum pars litis. Harpocrat. ἐπὶ μὲν οὖν τῇ πρὸς τὸ δημόσιον ἀμφισβητήσεως δόλῳ ἐστὶν ὅτι τὸ πέμπτον μέρος τῆς ἀμφισβητουμένης κατετίθητο. Pollux lib. 8. cap. 6. *καταβολήν* ἢ *μὲν* ἐπὶ μὲν πρὸς τὸ δημόσιον ἀμφισβητημάτων τὸ πέμπτον. Atque hæc ita recte distinguere debes, quæ vulgo inuenies confusa. Adi ad vocem *ἐπὶ πέμπτῃ* infra, & *πρυτανεία*.

Pag. 233. l. 15. 18. 19. Consule Schol. Comici ad hæc verba Πυτι ὡς παρείας ὦν ὄφης, & aduerte illic nō Hyperidem καὶ Δημάδου, laudari vt hic, sed Lycurgum, vterque orator contra Demadem orauerat. Suidas nominatim orationis Lycurgi καὶ Δημάδου meminit, & auctor noster in Σπιδάτης, eiusdem epigrammē ita concipit, ἢ πρὸς Δημάδου Σπιδάτης. Vt nullum relinqui dubium possit, quin & Hyperides & Lycurgus contra Demadem orauerint. Forte & Dinarchus inter eos adnumerandus est, citatur enim in hoc opere eius oratio καὶ Δημάδου, quæ aliquando in καὶ Δημάδου mutatur.

Pag. 236. l. 15. 18. Sola coniectura impurissimum hunc locum lustrauius & purgauius. Desiderabatur ante Cratis Comici nomen, & ita truncate legebatur, θηλοῖς ἔχοιτες ἀπαθῆ, &c. Nos odorati sumus restituendum Κράτης Θηλοῖς, idest Crates in fabula quæ Θηλία vocabatur. Suidas & Athenæus non raro huius meminere, vt & Pollux lib. 6. cap. 9. Cratis versus etiam restituti sunt, & suis numeris absoluti, qui huc vsque confusi remanserant.

Pag. 236. l. vlt. Male erat in præcedent. edit. Ἰόκας. Nos reposuimus Ἰόβας, verus enim auctor Iuba, qui de pictoribus volumina composuerat, infra voce Πολύγνωτος, eius περὶ γραφικῆς libri laudantur.

Pag. 237. l. 3. Hic scripsimus Παῖνος, & hanc vocem quæ in secunda editione cum præcedenti Παρράσιος confusa erat, distinximus.

Pag. 238. l. 3. 9. 10. 11. Drama Γέλως hic laudabatur sine auctore. Facile nobis fuit ex voce γαύκηρος
supra

supra restituere Sannyrionem Comicum. Scripsimus igitur Σανυρίων Γέλων. At quæ sequuntur ex illa fabula diuinitus restituta fuere à magno Casaubono pag. 321. animaduersi. in Athen. aberant hæc ab excusis omnibus & manu exaratis.

--πίλαγον καλοῦμεν ἡμεῖς οἱ θεοί.

Pag. 240. l. 1. Cap. 4. lib. 2. lectionum nostrarum collegimus quæcumque auctor noster de vectigalibus Atheniensium docuit hoc opere. Cæterum de hoc quinquagesimæ vectigali erudite Erymologus περιηκτος βιόμην. τῶν εἰσαγομένων εἰς τὸ Περῆα φορητῶν ἐκ τῆς ἀλλοδαπῆς περιηκτος αὐτὸ ἐπέρου οἱ ἔμποροι, καὶ τὸ ἐκ αὐτῶν περιηκτος βίεσθαι, ἐ οἱ δὲ τέλος εἰσπράττειν περιηκτος λόγῳ καλοῦται.

Pag. 240. l. 9. Vide supra ὁρήφορῶν.

Pag. 240. l. 14. Vox hæc Περγασὶ à præcedenti Περγασῆι male luxata erat.

Pag. 240. l. 18. Vide omnino Suidam in Περῆας.

Pag. 241. l. 15. Vide supra vocem καταβολή.

Pag. 241. l. 15. Dubium mouet hoc loci Harporation, (quod sæpissime facit cum veteres auctores non intelligit) cui tam facile respondebimus, ut vel hinc incogitantia arguendus videri possit, vel ἀπὸρων sermonum ad satietatem amans. Ait Aristotelem in Atheniensium Repub. ita de Ephebis loquutum esse, τὸ δὲ πρὸς αἰσῶν ἐκ κησίας ἐκ τῶν θεάτων ἡγομένων, ἀποδιδέμεται τὰ δῆμον, πρὸς τὰς πόλεις, καὶ λαβόντες ἀσπίδα καὶ δόρυ πρὸς τὴν δῆμον, πρὸς τοὺς πλὴν χώρου καὶ ἀφ' ὧν ἐκείνοι ἐκ τοῖς φυλακτικαῖς. Et ex

HH

his concludit obseruandum esse, Aristotelem putasse vnus anni tantum spatio Ephebos *ᾠειπολῆς* siue circuitores fuisse. Æschinem vero è contra non vnus, sed duorum annorum curriculo. Tandémque cò deuenit, vt verba Æschinis ab errore ferme velit excusare. Ait enim forte Æschinem ideò retulisse in orat. de falsa legat. se per duorum annorum spatium *ᾠειπολῆς* fuisse, vt maiori laude dignus videretur, & se magis populo commendaret. (Legendum enim est *καὶ πάλιν ἂν τὸ ἐπισκευάζειν τὸ πρῶτον*, vt habet Cod. Fed. Morelli, non *ἐπισκευάζειν*, quod tamen non omnino reiciculum est.) Quod cum Ephebi lege tantum cogherentur, per vnum annum *ᾠειπολῆς*, ipse ex abundanti per duos annos *ᾠειπολῆς* fuisset. Hæc mens Harpocratioris, quem sine dubio sibi persuasisse ex præcedentibus Aristotelis verbis lege olim Ephebos *ᾠειπολῆς* coactos fuisse vnus tantum anni spatio, ex his optime coniicias. Nos contra illum, & contra Aristotelem, si verum sit cum hoc solum spatium Ephebis *ᾠειπολῆς* tribuisse, quod non ita facile est arguere ex supra relatis verbis, probare volumus & docere Æschinis verba nulla egere interpretatione, nullum dubium recipere, & quod præcipuum est, lege nominatim cautum fuisse, vt Ephebi per duos annos *ᾠειπολῆς* essent. Quod vt expeditius exsequamur, Sciendum est inter leges Atticas quarum Synagogen edituri sumus, vnâ fuisse, quæ iubebat ad quadragesimum vsque annum militare quemlibet apud Athenienses, à decimo octauo anno auspica-

tum, ad vigesimum usque, urbana & suburbana castella custodire, & vigesimo demum anno ad externa bella proficisci. Huius legis meminit Ulpian. ad Olynth. 3. μέχρι πέντε καὶ πεπαρασκευασται, ὡς παρὰ δόξοι τῆς τοῦ εἶπει, ἵνα ἐμφανῇ αὐτῶν πλεὺς πολλὴν ἀσπιδιὴν. Νόμῳ γὰρ καθύοιτο, καὶ Ἀθηναίοις, μέχρι τοῦ τεπαρασκευασται ἐπὶ στρατὸν εἶσαι παρὰ δόξοι, καὶ μέχρι μῆτος ἧς εἴκοσι παῖδας ὄντας, πῶς παρὰ πόλιν ἐπὶ πλεὺς πόλιν φράσια, εἰς ὑποφροῖνους δὲ πολέμους, καὶ εἰς χροῖν. Pollux lib. 8. cap. 9. Τμemat. 25. καὶ εἰς μὲν τοῖς ἐφηβοῖς εἰσέσσαν ὁκτωχρόνικα ἐπὶ γυμνασίου, δύο δὲ εἰς παρὰ πόλιν ἡλεθροῦντο, εἰκοστὴ δὲ ἀνερχάμενοι παρὰ Ἀθηναρχικῶν γραμματέων: καὶ ὡμῶν ἐν Ἀγροῦλου, οὐ καταιγισμῶν ἐπὶ ὅπλα, οὐδὲ καπλεύσας οὐ παρὰ πόλιν, &c. quæ verba ineptus interpres non percepit. Putavit enim hæc ὡμῶν ἐν Ἀγροῦλου significare, iurabant sub diō, imò vertendum erat, iurabant in æde Agrauli. Non est enim ignorandum mortua pro patriæ salute Agraulo, exstructum in eius honorem templum fuisse, in quo iurare solebant Ephebi. Hinc intelligenda illa Philochori, ἡ πόλιν Ἀγροῦλος ἐκείνη αὐτῶν ἐξέδωκεν εἰς θάνατον, ἐπὶ τῇ γὰρ ἐκείνῃ ἐκ τῆς πόλιν: εἶπε ἀπαλλαγότες τῆς πόλιν, ἵνα ὑπὸ τοῦ τοῦ ἐπὶ πόλιν αὐτῇ παρὰ πόλιν παρὰ πόλιν τῆς Ἀγροῦλου, καὶ ἐκείνους ὡμῶν οἱ ἐφηβοὶ μέλλοιτες ἐξέρχαι εἰς πόλεμον. Ex quibus etiam lucem accipiunt illa Hesychij à paucis hæcenus percepta. Ἀγροῦλος. θυγάτηρ Κέρκρας, παρὰ δὲ Ἀθηναίους καὶ ὁμῶν σιν κατ' αὐτῆς. Non tantum in eius templo, sed & per eam iurare solebant. Vnde contra vulgarem opinionem semper credidi illa Comici in

Thesmophoriazoufais intelligenda.

Οὐπὶ μὲν πλὴν Ἀγραυλοῖ ὧ γυναικας δὲ φερόντι.

Non enim, vt vulgo existimant Ἀγραυλὸς hic Dia-
est, sic dicta quod in agris pernoctet venationis gra-
tia, sed Agraulus Cecropis filia, per quam tandem
non tantum Ephebos siue pæctatos in bellum
ituros iurasse, sed & mulieres, & omnes indiscrimi-
natim ex hoc loco auguror. Igitur ne pensum dese-
rere videamur, ita se tota res habet, Ab octauodeci-
mo anno vsque ad vigesimum, quilibet Ephebus
πολὺν cogebatur lege Attica, vigesimo in Lexiar-
chicum librum referebatur, & in æde Agrauli iure-
iurando se obstringebat, cuius formula integra ex-
stat apud Pollucem illo loco, & Stobæum sermon.
41. tum à vigesimo anno ad externa bella mitteba-
tur, & in partibus illis exercitus collocabatur, in
quibus nullum periculum imminebat, non enim
cum veteranis militibus pugnat, sed οἱ τοῖς μέρεσι
τοῖς ἀκροδωοῖς. Vnde pugna illa προδρογὰ proprie vo-
cata fuit: id est ἡ οἱ τοῖς μέρεσι καλουμένη μάχη, & στρα-
τία ἡ οἱ τοῖς μέρεσι, eo quod partes tutæ Ephebis assi-
gnarentur, & ab aliis militibus segregarentur. At-
que hæc me ad legem illam Atticam de re militari
obseruasse memini. Apud Romanos longe diuerse
definitam fuisse ætatem militarem testantur præter
innumeros alios, Tubero in 1. historiæ apud Gel-
lium, & Seruius ad 7. Æneid. Annum enim deci-
mum septimum ætati militari initium, sextum vero
& quadragesimum finem dedisse luculenter docēt
auctores illi. *Romani* (inquit Seruius) *ante pubertatē*

armis exercebantur, & decimosextimo militabant, quo etiam solo sub custodibus erant. Quomodo etiam ex sententia Harpocratonis apud Athenienses ἑπτάκις per annum tantum constituebantur. Sed hoc iam prælibasse sufficiat, & auctorem nostrum docuisse non sine ratione Æschinem dixisse orando se per duos annos ἑπτάκις fuisse.

Pag. 243. l. 16. Vide supra *ἀποπειρασμένοι*, & infra *πρωτοί*. Cæterum *πειρασμένοι* vox est veteris legis Atticæ, quam in synagoga nostra magna diligentia interpretabimur.

Pag. 243. l. 20. & pag. 244. l. i. Nihil præter nu-
gas hoc in loco continebant priores editiones. ~~ἡ~~
~~φωιδία~~ nos restituiimus pro ~~πρωιδία~~, quamvis
non possim videre cur potius dicere debeamus,
~~ἡφωιδία~~ quam ~~πρωιδία~~, cum recte dicatur
~~πρωιδία~~, & hanc lecturam confirmant omnes
manu exarati, & ipse Suidas. Vide infra vocem ~~φω~~
~~είμ~~ pag. 244. l. i. Corruptissime legebatur ~~ὁ φωιδ~~
~~είμ~~ pro ~~Εὐφωιδία~~ ~~είμ~~. Euphorio rerum no-
men auctoris qui alias in hoc opere laudatur. Vt im-
fra voce ~~ἡφωιδία~~.

Pag. 244 l. vlt. Non habebant hæc preceden-
 tes editiones, quæ suppleta fuere ex Codic. ma-
 nuscript.

Pag. 245. l. 5. Pertinet hac vox ad res ἐραυζόντων, de quibus iam nemo non egit. Vide supra ἀλογαί ἐραυζαί, ἑμμελὺς δισσι, ἐραυζόντων, καταβολή.

Pag. 245. l. 14. Fēstum hoc institutum fuit in
honorem Aglauri Cecropis filiae, de qua supra

egimus in Ἀγλαῶρι & ᾠδείπορι.

Pag. 245. l. 17. Vox Πλωθία male desciverat à præcedenti Πλωθεί.

Pag. 245. l. 19. & pag. 246. l. 3. Vulgo credunt ποδιγράβας tendiculas esse quibus cerui tantum capiuntur, ex Hesych. & aliorum auctoritate, sed omnigenas belluas hoc genere reris capi & detineri posse docet nos hic Harpocratiō, ex Xenophonte quem consules in Cynegeticis. Recipit & ποδιγράβας aliam significationem, quæ valde notanda est, ait enim Schol. Comici ad Equites, veteres Atticos quoddam genus vinculi habuisse ab Aristophane ξύλον dictum, quod vulgo vocatum fuit ποδιμάκκη, vel ποδιγράβας. Budæus credidit ποδιγράβας idem esse cum mala mansione, de qua Vlpianus Iuriconsultus, cum ait *hominem vinctum ex ad malam mansiōem extensum*. Sed falli cum aperte demonstrabimus in Synagoge nostra legum Atticarum, in qua differentiam dabimus quæ constitui debet inter ποδιμάκκην, ποδιγράβας, παυσμακίαν, & παύμακκον. Pertinet hæc vox ποδιμάκκη ad veteres leges Atticas ut patet ex orat. Lysia contra Theomnestum.

Pag. 246. l. 15. pag. 247. l. 3. Nouem magistratum vnus Πωλέμαρχος dicebatur, de quo hic agit Harpocratiō. Supra in vocibus Βασιλεύς, ἐπαύριος, & ἡγεμόνις de reliquis tractauit, supererat nunc ut de Polemarcho absolueret. Quæ autem ex Aristotele in Athen. Repub. verba hic profertur, supra etiam in ἀποσκευῇ allata sunt, ubi & ad vocem ἡγεμόνα, & scito nos hic ex coniectura restituendum pu-

tasse nomen Apollodori, quod deerat in omnibus excusis & Chirographis. Vide Suid. in Ἀρχων.

Pag. 248. l. 2. 3. Quæcumque ab his vocibus *ἐπιπύρος*, *πύρος*, vsque ad *τῆς ὑδατὸς πύρος* leguntur, non exstant in manuscriptis quos videre contigit, Vaticano & Fed. Morelli. Ea tamen retinuimus, ne præcedentes editiones auctoritate tantum duorum Codicum condemnare videremur. Sed vereor ne *ἀνέμωια* sint & spuria, licet à Suida retineantur.

Pag. 248. l. 13. Melius est *Πορθμὸς*, quàm *Πορθμὸς*, ut antea erat. Vlpianus ad illa orat. Demosth. de falsa legat. *πὸς Πορθμῶ. Πορθμὸς μὲν γὰρ τῆς Εὐβοίας. αὐτὴ δὲ νῆος. Ἐν δὲ Μέγαροις δὲ Ἡπίρω.*

Pag. 248. l. 21. Artemon & Iuba de Pictoribus & Pictura scripserant. De Iuba supra actum est. De Artemone vix habeo quod dicam: offendi tantum apud Suidam voce *Ἀρτεμῖνος*, Artemonem quendam Clazomenium laudatum, qui de Homero scripserat, an hic cum nostro idem sit, non mihi liquet.

Pag. 249. l. 1. Exstat hodie inter Lysiae orationes una quæ inscribitur *Δήμου καταλύσεως Ἀπολογία*, quæ in fine manca est, & *μεινέρος*. Exstat & alia cuius epigraphæ sic concipitur, *ὑπὲρ Πολυστράτου, quam ἀχέφαλον* esse iurare ausim. Ego aliquando mihi persuasi, & adhuc in hac hæresi sunt, ex duobus illis fragmentis posse confici integram unam orationem, quæ inscribatur *ὑπὲρ Πολυστράτου δήμου καταλύσεως Ἀπολογία*. Hanc ita videtur laudare hoc loco auctor noster, dum de secundo Polystrato agit. Ait enim *ἐπεὶ δὲ εἶκ Πολυστράτος, ὑπὲρ οὗ λόγος ἐστὶ Λυσία ὅτι*

γραφόμενος ὑπὸ Πολυστράτου δήμου καταλύσας ἀπολογία.
 Verum quidquid sit, nihil decernimus, quin enim
 quoquo modo hanc orationem consuas & accom-
 modes, semper quid in ea λέγον restet, non dubi-
 to. Hæc tamen coniectura nostra, cui non omnino
 standum putamus, nec etiam ita ab ea recedendū,
 ut indicta causa statim condemnari debeat. Tertius
 est Polystratus, de quo hic disputat Harpocration,
 cuius verba mihi videntur non fuisse percepta à
 Suida. Ait enim forte in Philippicis Demosthenis,
 quo loco de Polystrato sermo mouetur, scriben-
 dum esse Polytropum. Quod ex sententia Didymi
 Grammatici, apud nullum veterum authorum in-
 uenire sit Polystratum ὁ Κορίνθιος ξενικὸν αλuisse, Po-
 lytropus autem Atheniensis sit. Contrarium om-
 nino vult auctor noster, cuius verba mutilare cum
 voluit Suidas, ea corripit & obscurauit. Didymi
 sententiam ita refert Harpocration. In Philippicis
 Demosthenis Polystratus quidam dicitur ξενικὸν ὁ
 Κορίνθιος αλuisse, atqui nemo antiquorum hoc dixit.
 Ergo forsan restituendum est illic pro Polystrato,
 Polytropi nomen: quia Polytropus ille est, qui con-
 ductitium pro Atheniensibus exercitum Corinthi
 aluit. Sed hoc diluendo postea sic pergit argumen-
 tari. Hæc quidem vita videri queant, quia inueni-
 tur in sexto Ελληνικῶν Xenophontis (sic legendum,
 inepte ante erat ὁ γδδὴ pro ἑκτῶ) nomen huius Poly-
 tropi. Verum neque Xenophon ab Atheniensibus
 conductitium altum fuisse exercitum, dixit, neque
 hunc Polytropum Atheniensem esse: Itaque atten-
 tius

tius considerandum sit & videndum an in Philippicis Demosthenis pro Polystrato, substituendus sit Polytropus. Hæc est opinio Harpocrationis, quam vides à Suida male fuisse captam. Ego ausim iurare contra Didymum, in Philippicis Demosthenis non esse restituendum Polytropum pro Polystrato, sed potius Callistratum ex Diod. Siculo, aut omnino Polystratū retinendū esse, vt patet ex orat. Demosthenis περὶ ἀπειρίας, vbi orator ita loquitur, ἀλλὰ καὶ δι' ἐκείνου Σπάρτακα καὶ Πολύστρατον. De Strabace auctor noster infra, at de Polystrato hoc loco. Quod si vnus & idem sit hic Polystratus, de quo idem orator in Philipp. & in orat. hac de immunitate: causa sine dubio cecidit Grammaticorū probatissimus Didymus.

Pag. 252. l. 4. Sacrificium περὶ τῷ ἄροσι fieri solitum προηροσία, vel προηροσία dicebatur ab Atticis. Vulgus προακρούσια dicebat, quæ vox inter Græcobarbaras referri debet vt obsoleta.

Pag. 252. l. 5. Nō dubito quin de hac προηροσίας lege loqui voluerit Isæus, cum in orat. de Pyrrhi hæredit. hæc scripsit, ὅς τ' ὁ νόμος πέντε ἐτῶν καλῶς διαΐζασθαι τῷ κληρῶν, ἐπιδαὶ πλεονέσσει, ὁ κληρονόμος. Nos de ea in Synagoge nostra, vt & de aliis omnibus legibus Atticis.

Pag. 252. l. vlt. Hic etiam Αὐτοκλείδης male excusum erat pro Αὐτοκλείδης.

Pag. 253. l. 21. Vix definiunt Grammatici quid proprie fuerint προπιμπλία apud Atticos. Didymus vt refert Harpocration, vult fuisse multam quan-

dam, siue pœnam quæ solebat infligi ante depositionem, siue ἀδικατολογία. Sunt enim qui dicant mulctarum quintas partes solitas fuisse deponi in iudicio ante litis contestationem, vt in controuersis rerum publicarum, de quibus egimus supra in ἀδικατολογία. Harpocracion ἀπὲς πέμψα videtur potius referre ad quinque illas dies, quæ constituebantur pro magnis causis. Non enim vnica dies sufficiebat ad earum contestationem.

Pag. 254. l. 8. Sensum video, verba non intelligo. Vult Harpocracion docere Demosthenem, cum in orat. pro Ctesiphonte hac voce ἀπὲς πωλώπης vsus est, metaphoricè loquutum esse, & ἀπὲς πωλώπης πλὴν ἐλευθερίῳ dixisse, pro ἀπὲς δειψιότητος, metaphora sumpta à more conuiuiorum in quibus qui socios prodebant, & prouocati non respondebant, ἀπὲς πίνει dicebantur, ἀπὲς πίνει est proprie propinare, at metaphoricè est *aliud proderè in alterius gratiam*. Vnde ἐλευθερίῳ ἀπὲς πίνει est libertatem propinare. Budæus cui multū debent literæ Græcæ, iam multa attulit ad huius vocis metaphoricæ significationē. Quare non in his hærebimus, imò potius conabimur verba auctoris nostri restituere, quæ ita lacera & corrupta sunt, vt iam falsi sint literatorum principes se in his nihil videre, magnūque Apollinē eum futurum, qui sine aliquo manuscripto bonæ notæ hæc emendanda suscipiet. Sensus hic quidem omnino perfectus, at verba imperfectissima sunt. Nam ab his πολλά μὲν ἔργα ῥωμάεα, vsque ad finem notæ, οὐδὲν ὕγις: afferuntur illa, vt explicetur vox ἀπὲς

πικρότες, & tamen eam non est legere inter omnia illa verba. Cuiusdam auctoris, ni fallor, ea sunt, qui sine dubio ita scripserat, πολλά μὲν ἄργυρώματα ὅτι περιηρόον, πολλά δὲ χρυσώματα τῷ Περούσῃ περιπικύει φασίν, vel λέγουσι, aut ὅτι περιηρόον legendum est, vel τῷ περιηρόῳ, vt concordet cum Περούσῃ. Quod si ὅτι περιηρόον retineamus, ad περιπικύει referendum illud erit, vel si seruetur vetus lectio, modus erit loquēdi auctoris illius de quodam aliās laudato loqui volentis. Quæ sequuntur deinde Δημοδότης ὑπὲρ Κτησιφώντος, melius essent statim post illa verba ἀπὸ τῆς περιδιδυκότης, nā desumpta est hæc vox ex illa oratione. Fragmentum deniquē quod ex principio Mirmydonum Æschyli allatum est, extra rem videri possit, quod in eo de voce περιπικότης nulla mentio: sed scito illic sine dubio reponendum post οὐκ εἶσα κλισίας, vocem περιπικύας, vel περιπικύως εἶ, vt sit sensus. *Cura tibi erunt inclyte Achilles Dares labores hasta exitiales, quos intra tentoria prodidisti.* Maluimus in his balbutire, quam omnino obmutescere. Cæterum hinc lucem accipiunt quæ apud Hesych. leguntur, περιπικύει, περιδιδύκει, manet enim hic eadem metaphora. Suidas περιπικύει, ἀπὸ τῆς οὐκ εἶσα κλισίας, ὅτι περιδιδύκει, ὅτι Δημοδότης ὅτι τοῖς περιδιδύκει τοῖς πετεινάς τοῖς ἐχθροῖς, περιπικύει ὅτι τοῖς ἐχθροῖς. Quæ verba male hodie cohærent cum præcedenti περιπικύει: debet à capite reponi vox περιπικύει.

Pag. 258. l. 5. De festo hoc nihil adhuc legi. Vide num ad rem nuptialem hæc pertinere possint.

Pag. 258. l. 8. Ne mutata quidem syllaba hæc

habet Comici enarrator ad Nubes. Quod autem ab eo dicitur Romanos *ἀνταρμυα*, siue *ἀνταρμυα*. *ἀντ* vocasse *ἀνταρμυα*, nō patet statim primo occurrenti. Quærent enim literatorū primi quid hic vox *sportula* significet. Budæus & Casaubonus in animaduers. in Athen. ille in comment. linguæ Græcæ, ad Iudicium sportulas, de quibus in Cod. Iustin. agitur, referunt. Iosephus Scaliger in lib. de emendat. tempor. ad sportulas, idest ad victum qui in Prytaneo dabatur.

Pag. 258. l. 13. 15. Non assentior magno Scaligero, qui lib. 1. de emendat. tempor. cap. de anno æquabili minore Græcor. hæc ad primam anni Attici formam reduxit, & auctorem nostrum, cum Prytaniā esse dixit numerum triginta sex, aut triginta quinque dierum, loqui putauit de regno cuiuslibet tribus, quæ regnabat anno vltimo Tetracteridos Græcæ. Nam quia annus ille vltimus *ἑξαετηρίς* erat, & non constabat nisi 359 diebus: vna tribus è decem non regnabat nisi 35 dies, aliæ verò nouem 36. Vnde fit vt regnum illud 35 dierum semper cōtingere debeat in anno illo exæresimæo Tetracteridos Græcæ, & vnica tribui semper tribui. Ego non puto Harpocratonem hac in mente habuisse, nimiam enim redolent subtilitatem, ideòque minus veritati consentanea sunt. Hoc tantum voluit, ni fallor, Prytaniā numerum esse 36 & 35 dierū, quia Prytaneorū cuiuslibet tribus quidam triginta quinque dies regnabant, anno constante tantum 354 diebus & mero lunari: Alij vero 36, primarum

scilicet quatuor tribuum quæ in anni principio regnauerant, & quibus hoc datum erat, ut quatuor illæ ἀρχαὶ ἡμέραι quæ supererant post regna 35 dierum, quibus quælibet decem tribuum ordine præfecta fuerat, ad eas pertinerent, & ita non ut aliæ 35 tantum, sed 36 dies regnarent. Hæc si vellemus latius persequi de decem tribubus, πειταιχσίῳ senatu, ἀρχαῖς statu, ἀρχαῖς ordine, & ἐπιστάτῃ regno multa essent afferenda, quæ res nos diutius detineret. Cap. 10. lib. 3. lectionum nostrarum, quæ hic à nobis breuiter & obscure dicta sunt, plenius explicabit, simulque Vlpiani verbis quæ in Hypothesi orat. contra Androt. leguntur, & hæcenus non fuere intellecta, lucem dabit.

Pag. 258. l. ult. Pro φολῆς reposuimus βελῆς, πειταιχσίῳ enim senatus ille erat, quem πειτήχιστα ἀρχαῖς cuiuslibet tribus qui ἀρχαῖς vocabantur, constituebant.

Pag. 259. l. 10. Πυθώδους scripsimus; non Ποιόδους. Quia ordo alphabeticus hoc postulabat.

Pag. 259. l. 11. 17. Male hæc initium faciebant in præcedentibus edit. in quibus peruersè omnino legebatur Πυθαγόρας ἐβδόμη τῇ Πυθαγόρα Απολλώνιος ἄγλαται φσι. Nos correximus Απολλώνι ἄγλαται, & nullo dato interstitio hæc coniunximus.

Pag. 260. l. 10. Non πυθαγά. ut ante erat, sed πύθα. scripsimus.

Pag. 261. l. 13. In manuscriptis ita legebatur, Λειτουργίαις ἐν ταῖς β' δημοφιλῶνταις. Hanc lectionem nos expressimus, quæ melior est, nam quæ

nobis hodie supersunt Comici ἡσιμοφορεῖσθαι, priores sunt, vt docemur à Clemente Alexandrin. Stromat. 6. & ab Aulo Gellio lib. 15. cap. 10. in ea fabula de Pylagoris ne verbum quidem, vnde satis coniecere licet loqui hic voluisse Harpocracionem de secundis.

Pag. 261. l. 15. Supra in ἀνοφθαλμῶς excusum est ~~ὡς~~ ταύων, sed melius est vt legatur ὡς ταῶν, licet Ταύων dicant Attici. Eusthat. ad iliad. β. pag. 346. edit. Roman. Ἰσχυρὸν δὲ τι καὶ ὁ ταῶς. Ἀντιφῶν μὲν γὰρ φασιν, ὁ ῥήτωρ δισουλᾶως κλίει, λόγῳ γράφας ἐπιγράμμα ἔχοντα ὡς ταῶν. Ἀθηναῖοι δ' εἰπόντες ταῶν ἐμφαίνουσι, ὡς ὁ ταῶν ἔστιν ἡ ἀρχαία. Athen. lib. 9. Dipnosoph. Ἀντιφῶντι δ' ὡς ταῶν ῥήτορι λόγος μὲν γὰρ γραπτός ἔχει ἐπιγράμμα ὡς ταῶν. Quæ verba ob oculos habebat Eusthatus, cum illa scriberet. Cæterum ne mireris Harpocracionem de Pyrilampe loquutū esse, filius enim eius Demus innumeros pauones albat, & de eo sine dubio sæpius Antiphon in illa oratione fecerat mentionem, vt patet ex hoc Athenæi loco. καὶ ἐν αὐτῷ τῷ λόγῳ ἑδμήα μῆσα τῷ ὀνόματι γίνεται ὅριες δ' ποιήλους πολλάκις ἐν αὐτῷ ὀνομάζει, φάσκω ὑούπεις πρέφεις Δῆμοι δὲ Πυελάμποι. Male Dalecāpius ibidem (vertit) ab Atheniensi populo nutriti multos prænidos refert, debebat Demū Pyrilampis filiū multos alere inquiens. Quod postea vidimus obseruatum à magno Casaubono in cap. 12. lib. 9. animaduers. In eundem ferme errorem incidit Florens Christianus ad illa vesparū.

Καὶ γὰρ Δὲ αὐτῷ ἴδῃ γὰρ γράμματα

Τῷ Πυελάμποι ἐν δούρα Δῆμοι καὶ δούρα

Ἰὼν παρέγραψεν πλῆστον κημὸς καλὸς.

Vertit enim,

Si forte scripta vidit ad quasdam fores

Hæc verba, bellus Pyrilampis vicus est,

Tum pro suo addet more, bellus fiscus est.

Voluit præstantissimus ille vir hic servare leporem verborum Græcorum, sed lapsus est lepide, nam non bellus Pyrilampis vicus est, vertendum erat, sed bellus Pyrilampis Demus aut filius, ut lex metristet, & ferme idem lepor, qui est in verbis vicus & fiscus. De hoc Pyrilampe & demo eleganter Lysias in orat. ὁ παρ' ἡμῶν Αἰσιοφάνους χρηματῶν παρὲς τὸ δημόσιον. Δῆμος γὰρ ὁ Πυριλάμπους τεινεσργῶν εἰς Κύνωρον, ἐδεδίθη μὲν ποροσιλθεῖν αὐτῷ, λέγειν ὅτι ἔλαβε σύμβολον τοῦ βασιλέως τῷ μεγάλῳ, φιάλης μὲν χρυσῆς. Quæ verba sine dubio auctoris nostri oculos effugerant. Hesychius. Δῆμος καλὸς, Πυριλάμπους υἱὸς ἢ οὗτος. Rursus Δῆμος, ὄνομα κύριον, πλὴν ἄρα καλλιστος. ἔθος δὲ ἢ τοῖς ἐρασταῖς ἐπιγράφειν πηρυπαχοῦς τῷ παίδων ὀνόματα. De quo more nos alibi agemus fusius, ut & de Demo & Pyrilampe: sufficiant hæc in præsens.

Pag. 261. l. 18. Duplex hic error erat, in prioribus editionibus. Nā male legebatur Πύρρα μία vno verbo, & peius adhuc luxata erat hac vox à præcedenti Πύρρα. Nos coniunximus, & vna scripsimus Πύρρα μία πόλις, &c.

Pag. 262. l. 11. Vide supra ἀποπεφασμένον, & πεφασμένους quæ eadem sunt, & ad legem veterem Atticam spectant, cuius verba explicantur ex professo in orat. Lysiae contra Theomnestum. Nostri Syna-

goge hæc non prætermittet.

Pag. 263. l. 4. Fragmentum hoc est è Cocalo Aristophanis, auctor Suidas.

Pag. 263. l. vlt. Inepte omnino ante nostram editionem excusum erat *Ἰσῶς ἐν τῇ πρῶτῃ Καλλίμαχοι παρρησιασθῆναι*. Fecimus nos ex *Ἰσῶ*, Isocratem, quia huius exceptionis quæ etiamnum existat, verus & legitimus parens Isocrates. Sed inquiet peruisax quidam & durus capito, ubi in illa oratione de Rhinone mentio? Nullibi respondebo, si mendū quod hæctenus latuit in omnibus libris Isocratis, retineatur. At si openostra veram lectionem amplecti velint studiosi homines, luculentissima & splendidissima erit commemoratio illa quam in ea oratione Isocratem de Rhinone facere demonstrabimus. Leguntur hæc ipso initio exceptionis, *ἀμφισβήτησαι. τίς δὲ πρὸς τοῦτο, καὶ λαοδείας αὐτῆς ἡγομένης, ἄλλοι μὲν πολλοὶ συνείδραμον, καὶ καὶ τὸν ὅλον εἰς τὴν δέκα ἡγομένης παρεστῆσαν*. Ita huc usque omnes legerunt cum interprete. Itaut hæctenus persuasum fuerit doctis, Oenonem quendam fuisse decemvirosum qui triginta tyrannis succedere, vnum. Nos è contra corrigimus in textu Isocratis, & legimus *Ρίνων*, qui Rhinon ille est, qui vere decemuir, siue *Δεκαδότης* fuit. Facilis mutatio τῷ ρ̄ in ῥ̄, nam si caudam τῷ ρ̄ demas, remanebit ῥ̄. Heraclides in fragmento de Politiciis pro nobis fidetubet. *Ἰσῶται δὲ καὶ παλαιότερον Θεοσέβης καὶ Ρίνων παρρησιασθῆναι, ὅς μὲν ἀπὸ καλῶς κ' ἀγαθῶς*. Xenophon mel Atticum lib. 2. rerum Græcarum, inter Decemuiros illos qui succedere triginta Tyrannis

rannis Rhimōnem hunc recenset. Ita Æschines Socraticus dialogum composuerat, qui inscriberetur *Πρω*, ut testantur Diogenes Laert. & Suidas. Quid si etiam dicamus Archippum Comicum drama docuisse cuius epigraphæ in hunc modum erat concepta *Πρω*, hoc aperte nos docet Pollux lib. 2. cap. 4. & lib. 7. cap. 33. & 10. cap. 43. Sed videndum aliò referri debeat hæc dramatis epigraphæ.

Pag. 264. l. 14. & 17. Laudatur tribus in locis hæc oratio *Λυσίας κατ' Ανδοκίδου ἀσβετίας*, & in *καταπληξ*, & in *φάρμακός*. Hodie eius inscriptio non existat in orationibus *Λυσίας* quæ nobis supersunt, quavis fragmentum ex ea oratione nobis supersit amplum illud quidem & luculentum, sed male hodie confusum & immixtum alteri fragmento orationis *ὑπὸ Καλλίας ἱεροσουλίας*, quod ipsamet prima verba indicant quæ leguntur in lacuna pag. 103. edit. Henr. Stephan. illic legitur l. 16. *ὅτι τὸ ῥηπίζον τὸ ἱεροῦ*. Ad illa verba Harpocration laudat *Λυσίαν* in oratione *κατ' Ανδοκίδου ἀσβετίας*, & ex ea fragmentum hoc depromit, *ἴδου θὶ ἵππου ἐκ τῶ ῥηπίζον τὸ ἱεροῦ*. Ergo dubitandum non est quin ea verba, non ex oratione *ὑπὸ Καλλίας ἱεροσουλίας* sint, sed ex oratione *κατ' Ανδοκίδου ἀσβετίας*. Separanda sunt & distinguenda illa fragmenta: primum orationi quæ inscribitur *ὑπὸ Καλλίας ἱεροσουλίας* relinquendum est, secundum orationi quæ est inscripta *κατ' Ανδοκίδου ἀσβετίας*, in hoc nulla usquam de Callia mentio, imò semper de Andocide loquitur orator, unde suspicari licet ad aliam hoc fragmentum pertinere. Verba etiam quæ

KK

ex oratione *καλὴ* citatur ab Harpocratiōe, hodie non leguntur in illo fragmento. Vnde certissimum est non ex ea illud esse, sed potius ex oratione κατ' Ἀρδικίδου ἀπὸ Κίρας, quod non latuit Guilelmū Canterum qui lib. 8. nouarum lectionum cap. 4. hæc etiam diuinitus animaduertit, & hanc confusionem sustulit. In fine huius notæ male erat *Ἐπιφάνης* Ἐλληνιστὸν ὀνόμαζον. Nos restituiimus *ἐκτα*.

Pag. 264. l. 18. 19. *Συναλλαχθεὶς & ἐκπιπυρθεὶς* voces sunt quæ ad Grammaticorū filios pertinet. Ammon. aliter aliquando loquitur, *καὶ πὶ ἐκ πύρται, καὶ πὶ συλλαπτα* voce *λεῖον*. Sensus Harpocratiōis hic est, si *Πύρται* contracte scribas, poculi genus significabit, ac si simpliciter *πύρται* ea quæ nobis dicuntur (male habet Suidas *πύρται* ἢ *πύρται* pro *πύρται*.) Quomodo Ammonius *γραπταὶ ἐκπιπυρθεὶς* significare dixit *ὁ πύρται*, *συναλλαχθεὶς* vero, ut cum scribitur per contractionem *γραπταὶ*, *ὁ πύρται* *γραπταὶ* *πύρται*. Idem Ammonius *πύρται* *συναλλαχθεὶς* significare festum asserit, ut *πύρται* *ἐκπιπυρθεὶς* plurale esse. At vero *βραχίαι* nominatiuum: quæ vox *βραχίαι* responder alteri *συναλλαχθεὶς*. Cæterum quæ de poculis quæ olim *Πύρται* vocabantur, hic dixit Harpocratiōn, ea verbo ad verbū hausta sunt ex vndecimo lib. Diῃnosoph. Athenzi. Consule pag. 496 & 497 edit. Commenlinensis.

Pag. 265. l. 2. 7. 8. Primi sunt Phryges qui *Βαχχοῦ* dixerunt *Σαβοῦ*, ex his deinde Græcorum quidā *Βαχχοῦ* dixerunt *Σαβοῦ*, & *Βαχχοῦ* *Σαβοῦ*. Legō in textu auctoris mei, *ἐπεὶ δὲ φασὶν ὅτι Ἐλλήνων τις*

τοὺς Βάκχους Σαβῶν καλεῖ. Eusthat. in schol. ad Dio-
 nyf. de situ orbis. ἡσάν· ὃ καὶ ἔθνος Θρακικὸν Σαῶν, ὅ-
 ποῦ τοὺς Βάκχους διὰ τοῦ Φρυγία διέσχετο, ἐξ οὗ καὶ οἱ Διό-
 νυσος ἔοικε Σαβάζιος λέγεσθαι, διότι καὶ Βάκχος αὐτός. Phry-
 gum autem Deum fuisse Σαβάζιον certissimum est,
 Comicus Auibus καὶ Φρυγίᾳ Σαβάζιος. Idem Ωραις,
 ὅτι Φρύγα, ὅτι ἀνὰ τὴν Φρυγίαν, ὅτι Σαβάζιος. Idem Σαβάζιος
 pro Διάζιος dixere. Unde postea Διόνυσος dictus fuit
 Σαβάζιος, & Σαβῶν οἱ ἀφιερωμένοι ἀπὸ τῶν καὶ οἱ Βάκχοι
 αὐτοῦ. Heracleotes, quem auctor noster Amphithecum
 vocare videtur, in duodecimo de Heraclea, (forte
 enim legendum pro δατῆρα παρὰ Ἡρακλείας, δαδὲκα-
 τω) φαίνεται γὰρ ἐξ ὧν ἀνέσκαμμι (sic lego, συλλογίζο-
 μαι, aut ἀνέσκαμμι συλλογίζομαι) πολλὰ χόρην, ὅτι Διό-
 νυσος καὶ Σαβάζιος εἰς ὅτι θεός. τυχὼν δὲ τῆς παρορη-
 ρίας τούτης, παρὰ ὅτι γινώσκω παρὰ αὐτοῦ ἡσάν. ὅ γὰρ
 διὰ τοῦ οἱ Βαβάρων Σαβάζιον φασίν. ὅθεν καὶ τῶν Ἑλλάνων
 πῖτες ἀκρωθῶντες ὅτι Δίασμιον Σαβασμιὸν λέγουσιν. Hæc
 sunt quæ referre voluit auctor noster, sed τὰ μάλιστα
 tantum ultimum allatū est. Ex illis Amphithei ver-
 bis poëtarum enarratores omnes & Grammatici
 suas epulas extruxerunt. Schol. epigrammat. Græ-
 cor. lib. 2. Tit. εἰς τοῖς. Etymologus & alij quorum
 verba purgari debent & sanari beneficio luculenti
 illius loci, ex quo auctorem nostrum & Comici
 enarratorem ad Aues, tanquam ex eodem fonte sua
 hausisse statim odorati sumus.

Pag. 265. l. 22. 23. Philemon Comicus Eumeni-
 des distinguebatur παρὰ Σεμῶν θεῶν, sed fallebatur, ni
 nos ipsimet fallimur. Nam si Athenienses ex Har-

pocratione Erinnydes vocauerint Σέμεαι ἡαί, quid
 prohibet quo minus Eumenides sint Σέμεαι ἡαί.
 Erinnydes a iudicio Orestis Eumenides dictæ fuere,
 ante enim Σέμεαι non fuerant. Ergo non male Σε-
 μαι ἡαί vocabuntur Eumenides, quod non diffe-
 rant Erinnydes & Eumenides. Certe ex variis istis
 denominationum generibus, ortum esse προμαρ-
 τισ non dubito, ἀλλὰ δ' ἀλλὰχρὸς καὶ, quod alij eas
 Erinnydes, alij Σέμεαι ἡαί, alij Eumenides vocarēt,
 & tandem nomen Eumenidum prævaluerit: ne
 quæras aliam prouerbij originem. Frustra omnes
 qui aliter opinantur. Porro quin Harpocraton cū
 hæc scriberet, Dinarchi & Demosthenis verba in
 mente haberet, non dubito. Ille in orat. ἔξ Δημοσθέ-
 νους. Αὐταὶ αἱ Σέμεαι ἡαὶ τῇ τῶς Ορέστου εἰς τούτου τῆς
 στυγερῆς καὶ σφ' ἡμετέρας, & τῇ τούτου ἀληθείᾳ στυγερῆς ἐσ-
 ται εἰς δεξιὰς καὶ ἀπὸ τῆς κατὰ τὸν. Demosthenes orat.
 aduersus Midiam. περὶ δὲ τῆς Σεμεαῖς ἡαῖς μερμη-
 αῖρεται ὅτι Α. ἡμετέρας ἀπὸ τῶν τῆς αὐτῆς, καὶ κατὰ τὴν
 μερμη αἱ ἡαῖ. Quæ verba hæcenus ita lacera & cor-
 rupta remanserunt, nec est ullus, ex his, qui in De-
 mosthenem aliquid contulerunt, qui non credide-
 rit veram hanc esse huius loci lectionem, & qui nō
 concluderet cum Vlpiano ex horum verborum au-
 ctoritate, tres tantum antiquitus fuisse Dearum il-
 larum ἱεροποιεῖς. Vlpian. τρεῖς δὲ ἴσως ὑπάρχουσιν, ἐπὶ καὶ
 τρεῖς δεξιῶν εἰς ἡαί. Eandem opinionem amplexati
 sunt viri doctissimi post illum Budæus, Sigonius, &
 omnis ferme eruditorū cetera. Nos primi monere
 volumus textum Demosthenis corruptissimū esse

& non tres Dearum illarum *ἱεργων* tantum fuisse, sed decem. Togam compone lector, Et te à regina veritate abduci patere. Verba Demosthenis sic corrigo. *Ἐξ ἑστὶ τῆς Σεμναῖς θεῶν ἱεργῶν αἰρεθέντα & Ἀθωαῖον ἀποδύων, ὃ ἔστι τὸ αὐτὸ καὶ ἐκ παραδείματος.* Ex *ἑστὶ* τὸ fecerunt *τεῖν* Notarij, & vocem *καὶ* prætermisere. Quæ cum ita se habeant, corrui omnino fundamentum omne, quo suffulta videbatur sententia prior. Ex verbis enim Demosthenis *καὶ τεῖν αὐτὸ*, coniciebant omnes tres tantum fuisse *ἱεργων* Eumenidum. Sed nō sufficit corruiſſe fundamentum, nisi tota domus, aut ædificium ſūſque deque vertatur & peſſum detur. Superest probandum decem fuiſſe *ἱεργων* venerandarum Dearum, vt noſtra melius adſtruatur opinio, quod exſequimur breuiter, ne vadimonium videamur deſerere. Nam fideiuſſorem habemus Dinarchum qui eſt ſoluendo, & in oratione *τὸ Αὐκρύπτου βήρυδι*, quæ nobis periit, ita locutus eſt. *Καὶ τῆς Σεμναῖς θεῶν αἰετῶν ἱεργῶν καὶ παλαιῶν δὲ καὶ νεωτέρων αὐτῶν.* Quiſquis ille erit qui impoſterum ibit inſitias, & hæc negare audebit, næ Cerritus ille, & qui ad Prætorē & cognatos amādetur, dignus erit. *ἱεργῶν* alij erant Athenis venerandarum Dearum decem, de quibus iam egimus. Alij etiam numero decem diſſimiles, qui vaticinia ſacra inſtituebant, & ſi quando opus eſſet, litationibus, vt propitium fieret numen, cum auſpiciſus ſacra faciebant: & ſacrificia conſtituta perficiebant, & pentaëteridas omnes adminiſtrabant, regebantque, exceptis Panathenæiſ, teſte Ariſtotele in lib.

de Repub. Atheniens. & Demosth. in Philippic. 4. quæ vulgò inscribitur prima. Sed eius verba quæ hodie male habent sananda sunt, οἱ λοῖποὶ πομπὰς πομπάουσιν ὑμῖν μὲν τῶν ἱερῶν. Male est in omnibus Demosthenis libris, οἱ λοιποὶ πομπὰς πέμπουσιν, quamvis πέμπουσιν non reprobum sit. Nam πομπὰς πέμπουσιν, & πομπάουσιν dicunt Attici.

Pag. 266. l. 7. Exstat adhuc hæc oratio, inscribiturque hodie ἡ ὑπὸ Σπικῶ ἀπολογία.

